274.521
An781d

ANNONI

DOCUMENTI

SPETTANTI

ALLA STORIA

DELLA S. CHIESA

MILANESE

-8-52.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN

A S. E. IL CARDINALE ARCIVESCOVO

DOCUMENTI

SPETTANTI

ALLA STORIA

DELLA S. CHIESA

MILANESE.

DITTA
C. PIETRO OSTINELLI
MDCCCXXXIX.

B-9h-1k

DOCUMENTI

SPETTANTI

ALLA STORIA DELLA S. CHIESA MILANESE

LA PRIMA VOLTA

PUBBLICATI ED OFFERTI IN OMAGGIO

a sua Eminenza

IL CARDINALE ARCIVESCOVO

PEL FAUSTO SUO ARRIVO NELLA PIEVE

DI CANTURIO

AD AMMINISTRARVI LA CRESIMA

IL GIORNO IX OTTOBRE MDCCCXXXIX

DA CARLO ANNONI

PROPOSTO PARROCO.

In Como

DITTA C. PIETRO OSTINELLI.

La presente edizione è posta sotto la tutela delle Leggi.

274.521
An781d

INDICE

DEI DOCUMENTI INEDITI.

N. 1. *Diploma di Lodovico Sforza detto il Moro Duca di Milano a favore dei frati Domenicani di S. Maria delle Grazie della stessa città. 4 dicembre 1497* . . . . . pag. 1

» 2. *Inventario degli arredi sacri donati dal prefato Duca alla Chiesa suddetta* . . . . . » 15

» 3. *Vita di Gaspare Visconti Arcivescovo di Milano scritta da Carlo Bescapè Vescovo di Novara.* . . » 21

» 4. *I primi diciotto anni dell' Arcivescovo di Milano Federico Cardinale Borromeo dello stesso autore* . . » 37

717486

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/documentispettan00anno

N. 1.

DIPLOMA

A FAVORE DEI FRATI DOMENICANI

DI S. MARIA DELLE GRAZIE IN MILANO

CONCESSO DAL DUCA

LODOVICO SFORZA DETTO IL MORO

4 DECEMBRE 1497.

Questo diploma è cavato da una copia autentica posseduta in bel codice di pergamena dall' esimio Signor Francesco Corbetta *di Cantù, I. R. Segretario di Governo in Milano.*

PRIVILEGIA

FRATRIBUS S. MARIÆ GRATIARUM MEDIOLANI.

LUDUVICUS MARIA SFORTIA

ANGLUS DUX MEDIOLANI PAPIÆ ANGLERIÆQUE COMES

AC JANUÆ ET CREMONÆ DOMINUS.

Postquam divina providentia cujus nutu imperia, regna ac principatus disponuntur ad tanti nos culmen regiminis elegit et sublimatur, nihil adeo desideravimus ac prosequti sumus pro viribus, quam divinum cultum, ut tenemur, exaltare et ampliare (1). Decet enim religiosum Principem in

(1) Coi maneggi di un' astuta e perfida politica giunse Ludovico il Moro sul trono ducale di Milano il dì 22 ottobre 1494 un giorno dopo che era morto di veleno in Pavia il nipote suo Gian Galleazzo. Vero è che sino dal 1480 dopo l' assassinio di Cicco Simonetta l' infelice Ministro della Reggenza di Bona, Ludovico regnava dispoticamente sotto lo specioso titolo di Tutore del minorenne Gian Galleazzo. Questi assassini, queste violenze, e queste astuzie le ascrive egli, parlando ai frati, alle mire benefiche della Provvidenza verso di lui?!

primis æterni et immortalis Dei gloriam extollere; a quo non vitam tantum sed et super populum suum principatum tenet. Ideoque ut ejus majestati pro tantis perceptis beneficiis gratiarum partem exhibeamus nostrum præcipuum studium semper fuit in ecclesiis pia loca et Dei cultores operam magnam impendere. Præsertim vero religiôsos viros, omni reverentia ac devotione prosequimur, quos amplius Deo famulari: pro nobis ac universo statu nostro dominum sanctis precibus orare: verbis et exemplis populos ædificare conspicimus eisque pro viribus temporalia comoda et eleemosinarum subsidia elargimur ut quietius Deo vacare valeant; et nos eorum precibus adjuti divinam misericordiam ac peccatorum nostrorum remissionem consequi mereamur. Inter cæteros vero propitiori studio et ampliori affectu complectimur ordinis predicatorum fratres de observantia qui præsertim degunt in conventu Sanctæ Mariæ gratiarum extra portam Vercellinam (1) civitatis nostræ Mediolanensis. Experimur enim eos tam a pluribus annis viros religione, sanctimonia, doctrina, sinceritate, pace ac omni morum honestate pollere. Qui summo Deo omni devotione in Missarum celebratione, in divinis officiis ac sacris ceremoniis, in assiduis orationibus, in studiis sacrarum litterarum, in

(1) Il Convento e la chiesa di S. Maria delle Grazie erano in questi tempi fuori di porta Vercellina, la quale stava appunto ove oggi è la Parrocchia di S. Maria alla *Porta*.

jejuniis, vigiliis, paupertatis ac pudicitiæ amore sine querela deserviunt. Eorum supplicationibus quas pro nobis ac universo dominio nostro incessanter ad Deum fundunt confidimus plurimum adjuvari. Civitatem vero nostram ac universum populum suis prædicationibus, monitis, consiliis, confessionum audientia et exemplis salutaribus mirabiliter ædificant. Quapropter hos peculiariter colimus, cum his assidue conversamur, illum sanctissimum locum præcipue ob devotionem ad Beatam Virginem Dei Genitricem, et Sanctum Dominicum semper frequentamus. Defunctos filios nostros et dilectissimam consortem nostram illustrissimam Beatricem Estensem ibi condidimus (1), ibi et nos cum Deo placuerit usque ad resurectionis tempus requiescere cupimus (2). Et ut in prædicto loco Dei cultus, sacræ ceremoniæ ac omnium liberalium artium studium solemniter vigeant, utque prædicti fratres ultra centenarium numerum in eo monasterio commode ac pacifice degere possint non cessamus continue larga manu pro viribus illa conferre quæ ad omnia prædicta opportuna fore judicamus. Memorati namque Monasterii territorium ex nostro viridario, et aliis locis ac domibus

(1) Fu questa figlia di Ercole I duca di Ferrara promessa sposa a Ludovico il Moro sino dall' anno 1480, e da lui condotta alle nozze il 18 gennajo 1491: era nata in Napoli nel 1475, morì di parto in Milano 2 gennajo 1497 nell' anno medesimo di questo diploma.

(2) Quanto s' ingannano gli uomini: Ludovico morì prigioniero in Francia nel Castello di Loches nel 1508.

circumstantibus ampliavimus, ecclesiam cum capellis ereximus, quam et ampliare et in magnificam ac magis excellentem formam reintegrare intendimus (1): Capellam majorem opus insigne excelsum ac præclarum cum sacrastia et ejus claustro adjacentibusque officinis multo sumptu a fondamentis construximus ac prædicta loca picturis sanctorum ac pulcherrimis tabulatis choro, et aliis tectis armariisque ad res sacras custodiendas ornavimus. Ad decorem quoque Ecclesiæ obtulimus ex argento plura ac donavimus præfato monasterio quæ singillatim memorare opportunum ducimus, videlicet crucem magnam argenteam super monte argenteo sitam cum immaginibus B. V. Genitricis Dei Evangelistæ Joannis ac Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Tabernaculum Argenteum magnum pro sacro Domini Corpore deferendo. Octo candelabra argentea ad altare majoris capellæ exornandum. Thuribulum magnum cum navicula et cocleari omnia ex argento. Pacem solemnem argenteam. Bacille cum duobus ampullis argenteis. Situlam argenteam cum aspersorio. Tres calices, unum magnum,

(1) Ove Ludovico il Moro fabbricò il magnifico Convento e la Chiesa delle Grazie stavano prima le milizie e le soldatesche del duca Francesco I Sforza. Il conte Gasparo Vimercati generale delle armi nello stato di Milano era stato il primo a chiamarvi e stabilirvi i Padri dell' Ordine de' Predicatori della Congregazione di S. Appollinare di Pavia; Ludovico perfezionò in parte il primo disegno, e in parte lo ampliò in modo che si poteva dire tutto nuovo. *Vedi Lattuada descrizione di Milano vol.* 4.

reliquos mediocres. Altram quoque crucem argenteam cum quatuor aliis candelabris. Bacillam cum ampullis, pacem et unum calicem omnibus argenteis pro ornatu altaris Beatissimæ Virginis Mariæ in prædicta Ecclesia, ubi nos Missam audire consuevimus. Tertiam etiam crucem argenteam in processionibus deferendam. Fecimus etiam fieri octo paramenta prætiosa pro ministris altaris et capellæ majoris præfatæ, quæ prædicto monasterio donavimus cum camisiis stollis ac aliis paramentibus ad singula paramenta. Primum paramentum est in auro et serico nigro contextum in ricio (1) cum columbinis argenteis. Videlicet pallium altaris cum frontali casula cum dalmaticis ac piviali cum suis ornamentis. Aliud est ex auro et serico rubro ricio mirabili artificio cum ducalibus contextum scilicet pallium altari casula dalmaticæ piviale cum suis ornamentis. Tertium ex auro et albo pano cum leonibus contextum scilicet pallium altaris casula dalmaticæ piviale cum ornamentis suis. Quartum quoque ex auro et virioli contextum in ricio cum semper viva videlicet pallium altaris casula dalmaticæ piviale cum ornamentis suis. Quintum ex argento et azuro in ricio cum moraliis contextum videlicet pallium altaris casula dalmaticæ piviale cum ornamentis suis. Sextum de veluto carmesino, videlicet pallium altaris casula dalmaticæ

(1) *Contextum in ricio* vuol significar lavorato, ossia tessuto in quella forma che sono i ricchi paramenti di chiesa.

piviale cum ornamentis suis. Septimum de veluto nigro plano videlicet pallium altaris casula dalmaticæ piviale cum ornamentis suis. Octavum de damasco nigro videlicet pallium altaris casula dalmaticæ piviale cum ornamentis suis. Pro prædictæ etiam capellæ apparatu dedimus spaleriam (1) unam pro presbiterio contextam ex auro ricio et nigro cum ducalibus. Aliam etiam de veluto nigro plano cum ducalibus. Palliorum quoque pro pulpito parvo ex auro ricio et azuro contextum cum ducalibus. Aliud etiam palliorum pro eodem ex veluto nigro plano cum ducalibus, et aliud ex damaschino nigro: duos quoque tapetes magnos cum ducalibus; addentas aliud palliorum ex auro et albo contextum. Donavimus præterea eidem Ecclesiæ unam casulam cum pallio altaris ex auro et cremesino rasio contexta. Singula nihilominus altaria prædictæ Ecclesiæ ornavimus singulis palliis sericis cum casulis sericis diversorum colorum pro missis parvis in diversis solemnitatibus utendis ad honorem Dei et pro salute animæ meæ, ac consortis dilectissimæ. Contulimus præterea ad liberandum prædictum monasterium ab omni obbligatione et onere præsertim quod habebat cum Abbatia S. Ambrosii in nostra urbe sita (2). Persolvimus etiam

(1) *Spaleriam* lo schenale del Presbiterio ove siede il celebrante nelle messe solenni.

(2) Il Conte Gasparo Vimercati aveva preso in enfiteusi una porzione del sito pel convento delle grazie che apparteneva alla Badia di S. Ambrogio.

domum adjacentem capellæ majori, et fundum pro magna parte ubi fondata est sagristia ex parte orti quæ protenditur usque ad finem dormitorii magni (1). Providimus etiam satis abunde quantum prædictorum fratrum modestia patitur et professio. Unde post futuris temporibus et in præsentia victum habeant et vestitum ac etiam alia vitæ necessaria. Costruximus duo ampla dormitoria et hospitium cum capitulo studentum et aliis officinis reparavimus. Ortum ejusdem monasterii pro magna parte cinximus.

Suggerentibus etiam nobis Ill. quondam Jo: Galeatius Dux Mediolani prædecessor ac nepos noster donaverat partem viridarii nostri prædicto mona-

(1) « Il prefato Visconti prima di morire raccomandò a Ludovico Sforza l'intrapresa fabbrica di questa chiesa e convento: laonde il riferito Principe avendo preso sempre maggior affetto verso di essa determinò di rifarla molto più insigne e magnifica, incominciò ad eseguire tale idea, gettando a terra la capella maggiore, e l'antico coro, col parere di peritissimi architetti tra' quali viene annoverato il Bramante, facendo alzare la maestosa tribuna in forma cupa, senza intrecciamento di ferri, e chiamando Monsignore Guid'Antonio Arcimboldo Arcivescovo di Milano, perchè nel giorno 29 di marzo dell'anno 1492 con solenne cerimonia benedicesse la prima pietra e la ponesse nelle fondamenta. Rimase per le varie vicende di quei tempi sospesa la fabbrica, quando morta nel 1497 Beatrice Estense moglie carissima del duca Ludovico che fu depositata nel coro di questa chiesa egli con somma sollecitudine fece perfezionare la tribuna ed il convento medesimo: anzi dolendosi che il conte Vimercati avesse ordinata la fabbrica di questo tempio, e del convento così umile e positiva, determinò di farlo gettare a terra per riedificarlo pari alla tribuna, ed il simile affermava di voler fare di tutto il convento; ma essendogli stata intimata la guerra dal re Ludovico XII di Francia ecc. ». *Così il Latuada il quale combina col nostro Diploma.*

sterio sitam inter barbacanos arcis facientem angulum ab uno latere ad vineam quæ tenetur per Antonium de Comite et ab altero latere ad ortum prædictorum fratrum versus occidentem, quæ est longitudinis brachiorum quadrigentorum et sexdecim vel circa. Idem quoque Dux suggerentibus nobis donaverat prædicto monasterio aliam partem viridarii versus occidentem quæ sita est post infirmariam prædicti monasterii inter alveum novum et bona Ambrosii de Ferrariis et fratrum ejus cujus partis mensura est tabularum octo et perticarum sexdecim cum dimidia, de quibus extant litteræ patentes ejusdem manu nostra subscriptæ. Sed quia prædicta non erant in potestate prædicti Ducis præsertim quia præcium non erat solutum his qui primitus tales fundos possiderant, ne prænotatis fratribus ac monasterio scrupulus, lis, aut perturbatio oriatur occasione prædictarum partium viridarii nos qui plenam super iis partem habemus præcipue qui de præcio dominis satisfecimus prædictas donationes præfato monasterio libere confirmamus, ac de novo prædictas duas partes viridarii conferimus et donamus. Concessit etiam prædictus Dux Jo: Galeaz. nobis suggerentibus (1)

(1) È d'uopo notar qui ed in altri luoghi l'orpello con cui Ludovico copre la sua fina astuzia. Egli avea chiamato poco prima Gian Galleazzo *nipote e predecessore nostro*, qui fa avvertire che le elargizioni fatte da quell'infelice al Convento delle Grazie erano state elargite per suo consiglio *nobis suggerentibus*.

fratribus ac monasterio præfatis facultatem utendis aquis viridarii nostri ad irrigandum ortum suum ac licentiam deducendi per quoscumque rivos nostri viridarii quandam quantitatem aquæ dicto monasterio ex testamento quondam Domini Cagnoli legatam. Quarum aquarum facultatem ac licentiam præfato monasterio confirmamus et de novo in perpetuum concedimus. Insuper partem aliam fundi perticarum trium et tabularum XXI quam emimus a Francisco et fratribus de Ferrariis quæ sita est a parte occidentali orti dictorum fratrem: inter alveum novum nostri viridarii a parte septentrionali et inter alia bona prædictorum de Ferrariis a parte australi et quæ ab occidente habet pro termino alveum novum per presentes in perpetuum dicto monasterio ac fratribus pro salute animæ nostræ elargimur. Prædicta igitur omnia et singula præfato monasterio ac fratribus S. Mariæ de gratiis obtulimus et offerimus ac perpetuo dono sub eleemosinæ titulo in redemptionem animæ ac peccatorum nostrorum et dilectissimæ Beatricis quondam consortis nostræ donavimus ac donamus et per presentes damus ac concedimus plura etiam facturi dante ac favente Deo optimo ac vita comite. Harum etiam serie ex certa scientia et ex nostræ plenitudine potestatis ejusdem monasterii priorem et fratres pro se ac bonis omnibus et rebus ad usum, victum, vestitum et ædificiis necessariis a quibuscumque datiis, pedagiis, gabellis, imbotaturis, fundis

navium et specialiter a datiis Massianæ et Cathenæ ac navigiorum nostrum cæterisque oneribus ordinariis et extraordinariis quæ quovis modo dici excogitari et in posterum imponi possent ubique locorum in toto nostri dominii territorio, immunes facimus ac liberos reddimus pariter et exemptos. Mandantes regulatoribus et magistris redituum et vectigalium nostrorum ordinariorum et extraordinariorum et concessionum et donationum perpetuo ac firmiter valituras observent in omnibus ac per omnia et faciant inviolabiliter observari sub indignationis nostræ pœna. Supplemus etiam omnium defectui solemnitatis quæ in his præsentibus donationibus et concessionibus nostris fuisset servanda aliquibus decretis, statutis, ordinibus, legibus, præscriptionibus et aliis in contrariis facientibus non attentis etiam si talia forent quorum individuo specialis ibi façienda fuisset mentio, quibus omnibus in hac parte derogamus ac derogatum esse volumus. Tanta est insuper animi nostri devotio et singularis ad prædictum monasterium et fratres affectus, ut quoadusque vitam agemus ad omnia prædicta longe majora supraddere disponamus. Rogamus autem Dominum nostrum J. Ch. omnium salvatorem ut grata sit in ejus servos devota voluntas nostra et acceptabilis sibi fiat nostrarum eleemosinarum oblatio: dignetur quoque merito sacræ passionis suæ et intercessione immaculatæ genitricis suæ Mariæ ac S Dominici,

S. Petri Martiris, S. Thomæ de Aquino, S. Vincentii Confessoris, S. Chaterinæ Senensis et omnium Sanctorum, nec non orationibus prædictorum fratrum culpas nobis remittere, augere merita, filios nostros conservare, donare pacem, concedere tranquillam directionem et gubernationem dominii nostri ac populorum nobis subditorum animas dilectissimæ quondam consortis nostræ Illustr. Beatricis Estensis liberorumque ac parentum nostrorum in æternum regimen suscipere, et nos post hac vita in Cœlis inter reges sanctos ac principes populi sui pro sua pietate collocare. Oramus etiam prædictos fratres presentes et in posterum perpetuo futuros ut grata habeant hæc dona nostra et missarum, orationum, jejuniorum, abstinentiarum et aliorum sanctorum operum ac meritorum suorum nos habeant participes. Obsecramus denique et hortamur eos qui in hoc dominio post nos, disponente Deo, venturi sunt principes et exemplo nostro pariter et intuitu prædictum monasterium cum fratribus colant, diligant et omni favore prosequantur permittantque libera eos omnia per nos concessa possidere, ac pro libito uti sine ulla querela et ad nostra, munera sua etiam addere, scientes quia in iis qui principantur nihil adeo ad culparum remissionem, ad cumulanda merita ad statuum suorum tutelam, ab omnibus adversis proficuum est, quam cum justicia, pietas in omnes, maxime in servos Christi. In quorum omnium

testimonium et robur præsentes scribi fecimus: et nos propria manu subscripsimus ac sigillo nostro Ducali pendente munivimus.

Dat. Mediolani die 4 decembris 1497.

Lodovicus M. Sfyt.

B. Chalcus.

N. 2.

INVENTARIO

DEI SACRI ARREDI DONATI

DA LODOVICO IL MORO

ALLA CHIESA DELLE GRAZIE IN MILANO.

Estratto dallo stesso Codice del Sig. Corbetta.

INVENTARIUM

ARGENTORUM ET PARAMENTORUM QUÆ DONATA SUNT

PER ILL. ET EXCELL.

LUDUVICUS MARIAM SFORTIAM

ANGLUM MEDIOLĀNI DUCEM

ECCLESIÆ S. MARIÆ GRATIARUM IN SUBURBIIS

PORTÆ VERCELLINÆ MEDIOLANI.

PRO ALTARI MAJORI (1).

Primo. Crux Magna argentea cum pede ad instar unius montis in quo sunt tres figuræ: videlicet Beatæ Virginis Mariæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ et S. Johannis Evangelistæ: super crucem autem solus Xtus cum quadam capseta in pede pro condendis reliquis ponderis onc. cxx den. xvi.

Item tabernaculum unum argenteum desuper auratum pro corpore Xti deferendo in quo sunt tres

(1) Il Latuada termina la descrizione della chiesa e convento delle Grazie dicendo: « e perchè non è confacente alla prefissa brevità il tutto descrivere, che ridonda a decoro di questa chiesa e convento, ci basterà d' avere le principali cose additate ». Noi ben volontieri pubblichiamo questo inventario perchè nel supplire alla mancanza del Latuada, offriamo un' idea della magnificenza della corte di Ludovico tanto celebrata dagli scrittori contemporanei, non che dell'alta valentia degli artisti milanesi di quell'epoca, tanto propizia alle belle arti.

figuræ, videlicet S. Dominici et S. Petri Martiris et in summitate ejus figura Xti resurgentis onc. CLXVIIIJ den. XV.

Item calix unus totus argenteus cum patena deauratus cum quatuor figuris in pomo videlicet Evangelistarum, in pede vero quatuor niellos in uno figura S. Petri Martiris in alio S. Vincenti, in tertio ducale Mediolani; in quarto ducale Ferrariæ et est ponderis onc. (LXXX den. V).

Item alius calix argenteus cum patena deauratus cum his litteris in pomo nielatis videlicet *Ludovicus Maria Sfortia Anglus Dux Mediolani*: in pede vero tres niellos in uno Xtus cruci affixus: in alio Beata Virgo cum filio: in tertio autem ducale duplicatum ponderis onc. XXXVIII den. XIIIIJ.

Item alius calix argenteus cum patena deauratus cum quatuor figuris in pomo V3 (*videlicet*) Sancti Gregorii, S. Hieronimi, S. Ambrosii et S. Augustini: in pede vero habet tres niellos: in primo est figura Xti in cruce: in alio ducale Mediolani: in tertio autem ducale Ferrariæ ponderis onc. XXII den. XXI.

Item candelabra octo argentea cum insignis ducalibus ponderis onc. videlicet XXII den. II.

Item thuribulum unum solemne argenteum cum ducalibus ponderis onc. LXXX den. IIII.

Item navicula una pro thure argentea habens figuras Beatæ Virginis et Angeli nunciantis: cum ducalibus in pede et lateribus cum uno cocleari argenteo ponderis onc. XLVIII den. XVI.

Item pax una argentea deaurata cum tribus figuris in medio per modum pietatis et Beatæ Virginis et S. Johannis Evangelistæ ponderis onc. XLVIIII den. o.

Item situlam unam argenteam cum aspersorio cum ducalibus niellatis ponderis onc. XXXV den. VI.

Item bacileta una argentea cum duabus ampullis ponderis onc. XLVI den. XII.

Item nielli duo argentei in quibus est figura Beatæ Virginis cum filio et literis Beatrix Estensis et sunt pro pivialibus onc. IX den. VIII.

PRO ALTARI BEATÆ VIRGINIS.

In primis: Crux una argentea deaurata habens ab una parte Christum cruci affixum, ab altera figuram Beatæ Virginis cum pede argenteo non deaurato cum uno ducali niellato et est ponderis onc. XLIX.

Calix unus argenteus totus deauratus cum patena habens in pede tres figuras V3 pietatis Beatæ Virginis et Beati Johannis Evangelistæ et in pomo sex seraphinos smaltatos ponderis onc. XXII.

Candelabra quatuor argentea deaurata ponderis onc. LXXXXVI.

Bacileta una argentea cum ampullis ponderis onc. XXVI den. XII.

Item pax una argentea cum ducali niellato ponderis onc. XVII den. XII.

PARAMENTA DUCALIA PRO ALTARI MAJORI.

In primis: Paramentum unum superritium in serico nigro cum columbinis argenteis contextum et ornamentis suis polimitis v2 (videlicet) palium altaris, planeta, dalmatica et piviale cum septem camisiis: v2 unum pro sacerdote, unum pro diacono et unum pro subdiacono: duos pro accolitis et alios duos pro thuribulo et cruciferario cum omnibus ornamentis sibi necessariis cum coperta lectorim pro colectario aurea rizia in serico celestino cum brevibus contexta (1).

Il rimanente dell' inventario de' paramenti è simile come nell' antecedente diploma.

N. 3.

VITA

DI GASPARE VISCONTI

ARCIVESCOVO DI MILANO

SCRITTA

DA CARLO BESCAPÈ

VESCOVO DI NOVARA.

NOTIZIE

INTORNO ALL'AUTORE.

Carlo Bescapè o Bascape [1] (in latino a Basilica Petri) naque in Milano da nobile famiglia nel dì 15 ottobre 1550: datosi alla giurisprudenza presto si annojò delle brighe del foro, ed allora ottenne da S. Carlo Borromeo di esser ascritto fra i suoi famigliari, e quindi ordinato nel 1576 sacerdote. Due anni dopo vestì l'abito de' cherici regolari Barnabiti, tramutando in quello di Carlo il suo primo nome ch' era Francesco. Nel 1580 fu da S. Carlo mandato in Ispagna per trattare col Re Filippo II di cose rilevanti per la Chiesa di Milano: ricondottosi in Italia, fu eletto indi due volte rieletto generale della sua congregazione e piacque poi siffattamente a Clemente VIII, che ai 18 febbrajo 1593 gli conferì il Vescovado di Novara, cui esercitò con zelo e dando a tutti

(1) Nei registri dei matrimonii di questa Prepositura di S. Paolo in Cantù si ritrova che un = Francesco Bascapè di Pavia figlio del q. Antonio sposò la signora Isabella Romario di Cantù il giorno 4 febbrajo 1674.

bellissimo esempio di pastorali virtù. Morì in concetto di Santo il 6 ottobre 1615. (*Feller Dizionario Biografico*).

Questo celebre vescovo lasciò molte opere stampate e manoscritte di cui è a vedersi il catalogo presso il Mazzucchelli degli *Scrittori d' Italia*, ed anche presso l'Argellati *Bibliot. Scrip. Mediol.*

Il presente manoscritto che noi pubblichiamo ci fu cortesemente offerto dall'esimio e nostro amicissimo dottore Cavaliere Giovanni Labus I. R. Epigrafista Aulico, nome tanto caro alle lettere. Non è dimenticata quest' opera del Bescapè dallo stesso Argellati, il quale nel tomo I parte II della sua Biblioteca pag. 126 N. 26, le dà questo titolo = *Commentarii de Eccles. Mediol. ab obitu Sancti Caroli ad annum* 1613 = e la pone fra i manoscritti in foglio esistenti in allora nel collegio di S. Marco in Novara. Una copia di questi passò trascritta in bellissimo codice a penna nel convento dei Santi Cosma e Damiano di Milano dei frati Eremitani Scalzi di S. Agostino. Avremmo potuto comprendere in questa pubblicazione anche *L' Historia Ecclesiastica Mediolanensis* contenuta nello stesso codice Labusiano, ma essendo questa parte già stampata nel 1628, ed essendosene fatte altre edizioni, credemmo di attenerci alla sola parte inedita la quale comincia coll' anno 1584 e finisce sospesa per l'ultima malattia dell' Autore nel 1613.

Prefazione

ALLA VITA

DI GASPARE VISCONTI.

Interessante e preziosissima si è la nuova Vita dell' Arcivescovo Gaspare Visconti, successore immediato di S. Carlo Borromeo nella sede Milanese, scritta dal nostro Bescapè che per la prima volta noi pubblichiamo; poichè ella viene a sciogliere una questione che tutta via rimase imperfettamente conosciuta e giudicata.

Non si sapeva comprendere come mai morto il Cardinale di Santa Prassede, la disciplina ed i costumi del clero Milanese non conservassero dappoi quello splendore, e quella saviezza ch' Egli seppe procacciarli coi lunghi sudori della sua vita, e colle sapientissime sue instituzioni. Prima di lui erano scorsi più di sessant' anni ne' quali la povera Chiesa di Milano abbandonata dai legittimi suoi Pastori, quali furono i due Cardinali Ippoliti da Este, non che Filippo Archinto, per abuso frenato poscia dal Concilio di Trento, non era sua

colpa che fosse caduta in uno stato così deplorabile da mettere in forse i posteri nel prestarvi credenza. Affidata la cura del Gregge a mercenarj Pastori, non era da stupirsi se ne seguisse di lui uno sterminio così vergognoso ed abbominevole. Non già che i prefati Arcivescovi in sì lungo periodo di tempo vissuti non avessero talenti, virtù, carità sopra modo distinta; ma essi nei negozii della Chiesa universale distratti, adetti a cospicue cariche dovettero ogni cura dimettere della propria Chiesa per guisa tale che il secondo Ippolito Estense non vide neppure Milano in trent' anni che tenne l' Arcivescovado ond'ebbe a scrivere il Sassi « Negotiorum pressus (*il suddetto Ippolito*) præsentiæ suæ beneficium huic desertæ Metropoli numquam valuit impertiri: quamobrem aberrantes absque custode oves istæ, per devia et saltus corruptelarum in præceps vitiorum prolabebantur.

Sessant' anni per tanto di trascurata vigilanza e coltura non è a maravigliare che abbiano prodotti mali sì grandi, tanto più che a siffatto abbandono degli Arcivescovi si aggiunsero tempi per ogni sorta di Principi, di guerre, d'ignoranza popolare, di pestiferi morbi fatalissimi. E dico principalmente ignoranza popolare, perchè sappiano i moderni dettratori delle pubbliche scuole elementari della Città e campagna dal saggio Monarca introdotte, sappiano ripeto, leggere i Paragrafi 1 *e* 2 *del libro secondo della vita di S. Carlo scritta dal Giussani, e*

massime quella voltata in latino da Bartolomeo Rossi, già Prevosto parroco di Cantù coi commenti del dottissimo Oltrocchi, ed allora conosceranno quanti importi che i popoli sieno dirozzati, illuminati per il bene stesso della Religione, per quello della società, e delle famiglie; che non avvi peste più fatale dell' ignoranza a qualunque classe d'uomini ella s' apprenda.

Che per tanto prima di S. Carlo la diocesi di Milano fosse in sì bassa e vergognosa sozzura caduta se ne veggono i motivi, se ne conoscono le circostanze: ma che poco approfittasse dopo la sua morte sotto il governo di pastori domestici e residenti, quest' è che sembra inconcepibile e strano. Eppure e per confessione degli stessi scrittori delle vite degli Arcivescovi Gaspare Visconti, e Federico Borromeo, e pei documenti che per noi veggono ora la luce egli è pur troppo vero ed incontrastabile, che l' opera immortale di S. Carlo non partorì i suoi effetti, non mise sì profonde le sue radici se non posteriormente a Gaspero Visconti, alcun poco sotto Federico Borromeo, e più regnando i successori di questi. E, per parlare di Gaspare Visconti, il Sassi si accontenta di dire che questo Arcivescovo, inteso a mettere in osservanza gli instituti di S. Carlo, non potè raggiungerne lo scopo per la celere sua morte = sed celeri morte præventus inexpleta relinquerat; = *ed il Rivola parlando del Cardinale Federico afferma: « che*

» *rilasciatosi dopo la morte del detto Visconti negli*
» *Ecclesiastici la buona disciplina, scematasi nei*
» *curatori delle anime il fervore della pastorale*
» *sollecitudine, ed estintasi per così dire, nelle*
» *bocche de' Predicatori la Parola di Dio, sce-*
» *mata era non poco ancora nel popolo la fre-*
» *quenza delle Chiese il divoto uso de' sagramenti,*
» *l' esercizio della dottrina cristiana, e l' impiego*
» *in qualunque altra opera laudevole, intanto che*
» *a Federico rimase* pur troppo ampio campo *di*
» *esercitare i suoi virtuosi talenti* ». *Oltre il resto che dice in più luoghi intorno ai vizii, ed alla corrutela ch' ebbe a vincere e domare quel sapiente Arcivescovo.*

Ma in quanto al Sassi le si risponde che il Visconti sedette Arcivescovo dieci anni, quali bastar potevano se non altro a mantenere almeno in vigore la disciplina introdotta da S. Carlo; ed in quanto al Rivola non s' accorse il buon uomo che attribuendo al tempo corso dalla morte del Visconti all' Elezione di Federico, l' introdotta corrutela dice cosa fuori d' ogni ombra di probabilità, poichè il Visconti morì il 12 *gennajo* 1595, *e Federico fece il suo solenne ingresso in Milano come Arcivescovo il dì* 27 *agosto dell' anno medesimo, onde in sei mesi? non poteva accadere quella precipitazione di vizii così generale e profonda qual è da lui, e da altri sinceramente descritta.*

È duopo dunque cercarne le cause nel tempo

che sedette Gasparo Visconti, non che negli anni primi del pontificato di Federico Borromeo. Il Bosca, il Rivola, il Sassi e tant' altri scrittori sempre lodando le virtù di quelli Arcivescovi hanno dimenticato o i loro difetti, o le critiche circostanze dei tempi in cui vivevano o il seme di quei malvagi i quali frastornavano colle lor mene le più pure intenzioni di quei presuli.

Nella vita di Gasparo Visconti, in quella di Federico Borromeo scritta dal Bescapè noi troveremo sinceramente narrati i motivi per i quali l' eredità di S. Carlo non fu tramandata subito ai nepoti, e la sua narrazione è sopramodo curiosa ed interessante in quanto che egli parla di cose delle quali fu testimonio oculare, e parte non piccola del loro sviluppo; e da quanto si leggerà saremmo ben contenti di lodare i tempi nostri ne' quali sotto l' auspicio del glorioso Pontificato del nostro Arcivescovo le opere del santo Borromeo, e de' suoi zelanti successori, scevrate dai difetti dell'età e dai pregiudizi volgari, hanno siffattamente ricevuto splendore, che in nessun epoca i templi del Signore, come altrove ho detto (1)*, l' ordine Sacerdotale, gli stabilimenti di educazione per il Clero, ogni oggetto di culto e di pietà, non che i pubblici e privati costumi de' sacerdoti ebbero una gloria maggiore della presente nella illustre e vasta diocesi Milanese.*

(1) Storia della Elezione degli Arcivescovi di Milano.

CAROLI BASILICÆ PETRI

EPISCOPI NOVARIENSIS

ECCLESIASTICA MEDIOLAN. HISTORIA AB OBITU

S. CAROLI.

DE GASPARE

ARCHIEPISCOPO.

Cum decessisset Carolus Cardinalis et Archiepiscopus mense Novembri anni 1584 proximo mense Gregorius Pontifex (1) Archiepiscopum creavit Gasparem vicecomitem Jurisconsultum ex dominis Fontaneti quod Castellum in Diœcesi Novariensi est cum insigni arce (2). Is diu in Gymnasio Ticinensi jus civile publice docuerat, postea animo ad Ecclesiasticæ vitæ cursum adjecto, a collegio obtinuit ex Pii IV summi Pontificis privilegio Auditor Rotæ Romanæ nominaretur (3), puto in locum Pomponii Cottæ qui creatus erat Episcopus Novariensis.

(1) Gregorio XIII.

(2) Di questo ramo della famiglia *Visconti* di Fontaneto si può leggere la tavola XI dei Visconti di Milano dell'incomparabile Cavaliere Pompeo Litta nell'immortale sua opera *Famiglie Celebri Italiane.*

(3) L'essere Auditore di Rota era una dignità che si competea di diritto alla città di Milano; oggi non è più perchè tolta.

Comendavit eum Carolus Romam euntem summo Pontifici uti bonum non modo jurisconsultum, sed virum quoque: ac annos complures eum magistratum cum laude gessit. Cum autem Franciscus Bossius qui Cottæ in Episcopatu successerat, mortem obiisset, ab eodem Gregorio Pontifice Episcopus Novariensis dictus est. Sed Carolo post mensem aut Paulo amplius mortuo, archiepiscopus creatus est (1): tumque Episcopus Novariensis in Cæsarem Specianum (2) collatus, valuit in Gaspare ad eum gradum evehendo ejus probitas Romæ perspecta; maxime autem Bartolomei Gallj Cardinalis (3) Comensis magna apud Gregorium Pontificem gratia: cuius Gallj affinis erat Galleatius Senator Gasparis frater uxoris ejus causa (4). Venit

(1) Vedi l'opera da me pubblicata *Storia dell' elezione degli arcivescovi di Milano del fu Parroco di Masate Francesco Palladini* v. II pag. 68. Ella è piena di erudizione sacra e profana spettante alla storia di Milano, e quindi di un interesse domestico e prezioso.

(2) Fu Cesare Speciano uno dei famigliari di S. Carlo. Fatto canonico ordinario della Metropolitana venne dal santo Arcivescovo spedito a Roma per trattarvi la famosa sopressione degli umiliati, e per interessare il Pontefice, perchè i beni di quei consorzii venissero applicati ai bisogni della chiesa milanese. Lo Speciano operò con destrezza ed ottenne ciò che S. Carlo desiderava. Fu vescovo di Novara poscia di Cremona. Esistono molte lettere a lui dirette dallo stesso Borromeo, in alcune delle quali con apostolica carità ebbe anche utili ammonizioni.

(3) Avvi errore nel nome di questo Cardinale: Egli era *Tolomeo* non *Bartolomeo*. Vedi Litta *Famiglia Gallio* di Como.

(4) Fu questi Galleazzo Visconti fratello dell' Arcivescovo ascritto nel 1566 al collegio de' Nobili Giureconsulti creato avvocato fiscale

Mediolanum æstate annis insequentis et amplissimam dignitatem tenuit usque ad annum 1594 cujus anni jannuario mense ex hac vita migravit.

Homo in juris actionibus usque ad senectutem versatus: tum demum sacris initiatus Caroli successor, non satis aptus sacris ufficiis, ac tali administratione visus est. Natura etiam pluribus de causis minus idoneus, qui Ecclesiæ aut omnino aliis præesset. Liberalitatis in eo desiderata est, animusque amplioris dignitatis non appetens: bonum tamen moribus: tum assidua opera studioque curavit muneri suo satisfacere. Concionari frequenter solitus fuit, neque infeliciter. Ecclesiæ optimum statum conservari studuit, quantum judicium animique vires ferebant: idque adjumento eorum qui Caroli discipuli atque administri fuerant, quos tamen sibi molestos preseferabat. Nam et ipse, utpote senex et in ejusmodi rebus gerendis hospes, non tam ministros quam magistros sustinebat. Et ipsi disparem vivendi, ac administrandi rationem ægre ferrentes, urgebant sepius, Romam litteras mittebant non nullis Cardinalibus, Pontifici ipsi jacturas Ecclesiæ ruinæque periculum significabant.

nel 1570. Fatto quindi senatore fu nel 1581 podestà di Pavia. Nel 1590 era in Roma presso Gregorio XIV per congratularsi in nome del Senato della sua assunzione al Pontificato. Morì nel 1607 aveva per moglie Maddalena di Giovanni Arcimboldi; e siccome una Elisabetta Gallio sposato avea un Luigi Arcimboldi, così eravi parentela fra i Visconti qui nominati, ed i Gallio di Como.

Quibus rebus Gaspar valde fatigabatur, ac eo magis, quod existimationi suæ causa videri cupiebat iis satisfacere, et omnia Caroli instituta tueri. Ac non nulli Caroli alumni ad ea quæ præsens tempus ferebat se se confirmarunt: alii licet dolentes, ne tamen operam perderent, ab homine publicisve muneribus discesserunt: alii perseverantes, ab eodem tandem sunt repulsi. Ob frequentes ministrorum quærimonias Pontificio nomine sæpe Gaspar monitus ac repræhensus est; interdum actum de vicario apostolica auctoritate mittendo, non numquam de consilio quodam, ejus circumscripta potestate costituendo, quo Ecclesia gubernaretur. Hisce difficultatibus conflictatus, denique post annos novem diem suum obiit. Felicior certe, quantum existimari licet, omni ex parte futurus si in cæpto juris interpretandi cursu Rotæve disputationibus, ac judiciis perstitisset (1) quæ ad Ecclesiæ jurisdictionem pertinent ea uti Carolus relinquerat, non

(1) Potranno sembrare per verità alquanto aspre le parole qui dette dall' Autore intorno all' Arcivescovo Visconti. Ma il Bescapè era vivente a' quei tempi in Milano stessa, ed una longa pratica della Diocesi nostra lo rendeva capace di dare un giudizio. Del resto si vede chiaramente che Gasparo Visconti era circondato da tre partiti, 1. dagli Oblati allievi di S. Carlo, già alquanto declinati dalla prima loro instituzione che comandar volevano essi soli, e perciò compromettevano l' Arcivescovo anche presso la santa Sede; 2. dai preti che sdegnavano il freno loro imposto dalla disciplina del Borromeo. 3. Finalmente da tutti coloro che non sono mai nel loro posto se non veggono ritornato in vigore e sempre e precisamente il tempo andato; uomini che nulla dimenticano del passato, nulla da esso imparano.

invitis magistratibus laicis, integra fere conservavit. Eam pietatis laudem postremo consecutus est, quod legato patrimonio Galleatio Senatori fratri, Hospitale Mediolanense testamento heredem fecit; demptis tamen aureis mille ejusdem fratri suo dari statim post obitum jussis; et ad missam in Ecclesia Majore quotidie ad altare Agnetis celebrandam legavit libras quinque mille.

N. 4.

I PRIMI DICIOTTO ANNI

DELL' ARCIVESCOVO DI MILANO

FEDERICO CARDINALE BORROMEO

DELLO STESSO AUTORE

CARLO BESCAPÈ.

Prefazione.

L' importanza di questa parte di Storia Sacra Milanese rilevasi da ciò che scrive Francesco Rivola nella vita di quell' Arcivescovo. « *Dopo* » *tutti questi narrati successi,* oltre a molte altre » circostanze che a bello studio lascio *qui da* » *parte sì perchè troppo si disdirebbe il volere in* » *breve storia far minuto racconto di quanto se-* » *guì dall' una e dall' altra parte, per portare più* » *vivamente e più efficacemente le proprie ragioni,* » *e sì perchè di siffatte* controversie come nate fra » il Pastore, e la sua greggia, ancora la memoria, » per quanto si può, debb' essere cancellata, *fu* » *l' agitata causa sotto la cognizione del Sommo* » *Pontefice Clemente ottavo introdotta ecc.* » *p.* 213. *Dalle quali parole ognuno può arguire quanto imperfetta sia tuttora la Biografia del Cardinale Federico, poichè se il Rivola, scrittore che viveva in*

quei tempi asserendo egli stesso di lasciar da parte ed a bello studio molti fatti che risguardono quell'epoca, ha vieppiù confermata quella imperfezione anche nei successivi scrittori, che da lui copiarono. Vero è che le cose taciute dal Rivola hanno principalmente di mira la pur troppo dispiacevole e fatalissima controversia, che allora più che mai fervea intorno ai limiti giurisdizionali fra il foro laico e l'ecclesiastico; per la quale non pochi volumi si stamparono, non pochi scandali emersero, e partorì ben anco un fomite continuo di divisione che durò ben molti anni dopo il Cardinale Federico, e che non si vide cessato se non al terminare del secolo passato. Ma appunto egl' è in queste controversie che spiccano nella maggior luce la condizione dei tempi, i costumi di quell' età, le leggi, il governo, le opinioni dominanti, e da quel contrasto s' appalesano i caratteri delle persone le cognizioni de' quali forma parte non piccola dell' istoria.

Avendo noi fatto il confronto tra la vita del Cardinale Federico scritta dal Rivola, e questa del Bescapè ci risultò un notabilissimo divario non solo per ciò che risguarda la storia della Chiesa Milanese, ma anche per la parte Civile ed Amministrativa del Governo laico, per cui non infruttuosa ne debb' essere la lettura a' nostri concittadini.

Nè giova pure la vita che di quel Arcivescovo scrisse il Sassi a diminuire l' importanza della

presente, poichè il Sassi medesimo protesta di non altro riferire se non l' epilogo di quanto narrò Francesco Rivola = Nos instituti nostri tramiti insistentes ex ferracissimo hoc campo manipulos tantum aliquos reportabimus. *Vol. III pag.* 1081.

Non entreremo nel dar qui opinione alcuna intorno alla sincerità della storia che pubblichiamo; poichè l' Autore ebbe dallo stesso Federico, dai vescovi suffraganei di Lombardia, non che dai sommi Pontefici allora regnanti l' incarico di rappresentare gli interessi della Chiesa, di rapacificare le parti, e di essere a così dire l' arbitro nelle controversie. Le sole poche annotazioni da noi fatte serviranno ad illustrare alcune parti oscure o dubbie che nel testo alcuna volta s' incontrono.

DE FEDERICO

ARCHIEPISCOPO ET CARD.

Mortuo Gaspare, Clemens octavus summus Pontifex Federicum Borromæum Cardinalem Archiepiscopum dixit. Qui quidem munus diu recusavit. Sed cum Renatus Comes eius frater omni officio ac, ut ferebatur ambitione (1), adnitaretur; civitas Mediolanensis, et nonnulli Cardinales etiam sua sponte, sed maxime Renati petitione rogatuque postularent, Pontifex in sententia perstitit, eumque demum creavit. Idque bonis omnibus non solum Mediolanensibus, sed exteris etiam approbantibus. Nam si cui juventus impedimento esse videbatur, probi tamen ac religiosi mores in homine Theologo qui

(1) *Il Rivola* nella minuziosa vita di questo Arcivescovo non parla di questi maneggi di Renato Borromeo a favore del fratello Federico onde fosse determinata la mente del Papa nella Elezione sua in Arcivesc. di Milano — comunque ciò sia confessa il Bescapè quanto desiderata fosse una tale elezione da'suoi concittadini e dai forestieri per le virtù che in eminente grado ornavano l'animo di Federico.

tamen jam etatem triginta annorum sacro canone prescriptam evasisset, pro majori etate esse merito videbatur. Nemo erat qui in tali consobrino Caroli administrationem renovandam, ac potius Carolum ipsum repræsentandum dubitaret. Prædicebant vero multi Renatum sibi eo conatu difficultates et pericula parare. Veri enim simile videri, lites inter archiepiscopum et regios Magistratos futuras: quemadmodum Caroli tempore fuerant, quæ quidem sedatæ quodamodo non sublate erant. Exquisitius enim prescrutaturum Federicum quidquid juris ad Ecclesiam pertinere videbatur, quam Gaspar fecerat; utpote Cardinalem, acriori ingenio, et qui superioribus annis non satis conservatam auctoritatem Ecclesiæ sepius inter alios quæstus fuerat; cum ad eum præcipue confugerent, qui Gasparis actiones accusabant. Ex litibus perturbationes ac discordias sine dubio futuras. Quod si Carolus cum ejus consanguineis ipsis de causis in suspicionem tumultus ac seditionis a Regiis ministris olim per calumniam vocatus fuerat, ita ut etiam Aronæ, arx familiæ eriperetur; quanto magis Federicus et Renatus frater, in quibus omnia Borromeorum feuda, opesque sane amplæ conjunctæ erant, qui Renatus tum his, tum ducis Parmensis affinitate (1) tum natura sua nemini in civitate Mediolanensi

(1) Il Conte Renato Borromeo fratello di Federico sposò Ersilia Farnese figliuola di Ottavio Duca di Parma.

principem locum concedere videretur. Archiepiscopatum iniit Federicus, urbemque ingressus est anno MDXCV. VI Kalend. Septemb. Die dominico ea lætitia honore venerationeque exceptus a populo Mediolanesi, ut nihil fere amplius excogitari possit. Ritus consuetus adhibitus est. Affuimus Episcopi provinciæ Mediolanensis plures cum esteris nonnullis qui ingredientem secuti sumus, ac post nos Senatus. Gubernator Joannes Velascus Contestabilis, ut ajunt, Castelliæ, qui Carolo Aragonio duci Terrænovæ successerat, tum aberat rerum Gallicarum causa. Caroli instituta, disciplinamque tueri maxima ex parte saltem, tum domi, tum foris Federicus cæpit. Si tamen victus ac abstinentiæ asperitatem excipias. Familiarium magnus numerus fuit; sumptus insignis, suppeditatus ex amplis beneficiis, quibus etiam a Marco Altaempsii Cardinale (1) jam acceptis, cum redditus Archiepiscopales conjungebantur. Discordiarum vero

(1) Il Cardinale Marco Altaemps era parente di Federico perchè figlio di Annibale Altaemps che avea sposato Ortensia Borromeo sorella di S. Carlo. Quel Cardinale fin da quando Federico era in Bologna agli studii, fu il principale motore del progressivo inalzamento alle dignità della Chiesa di Federico. Egli lo chiamò a Roma, egli lo raccomandò caldamente allo zio Pio quarto Pontefice; egli lo fece proporre pel Cardinalato, finalmente ancor vivente rinunziò a Federico le due abbazie che teneva, l'una nella Puglia intitolata l'abbazia di S. Angelo in Vultu; l'altra negli Abbruzii, e ciò nell'anno 1593 mediante Pontificia Autorità. Morto il Cardinale Altaemps nel 15 febbrajo 1595 si trovò che il reddito di quelle due abbazie era di settemila scudi, la qual somma unita ai redditi patrimoniali

quæ prævisæ fuerant, initia diu dilata non sunt. Illud primum ac præcipuum fuit Carolo mortuo Regius Gubernator sedem suam cum umbraculo transferre intra cancellos altaris curavit; quod enim, eo superstite, extra illos habuisset, id Cardinali datum dicebant: non ita se habuisse superiorum Archiepiscoporum tempore. Gaspare, Carolique discipulis repugnantibus, reque ad Cardinalium congregationem, qui negotiis Episcopalibus præpositi sunt, delata, judicatum est, sedem extra cancellos retinendam. Et merito quidem, cum ex omni antiqua disciplina canonumque jure, laicis locus intra ea septa ac presbiterium negetur. Id quod multis argumentis tum nos demostravimus, quæ scripta Congregationi oblata sunt, licet Duci indignante, qui postea libertatem nostram non mediocriter amare visus est. At Sixtus Pontifex precibus officiisque Regiorum ministrorum victus, privilegium Gubernatori concessit, ut sedem e regione Archiepiscopalis Throni intra cancellos nullis tamen cum gradibus cum umbraculo haberet, cui tamen ibi cappellanus tantum, non autem laici assisteret. Federico visum est privilegium soli duci Terrænovæ, Gaspareque tantum Archiepiscopo

di sua ragione potè Federico avere, senza l' arcivescovado di Milano 14770 scudi Romani la metà de' quali serviva al mantenimento de' suoi famigliari, ed al pagamento dei debiti, (essendo Federico, dice il Rivola, liberale, anzi che tenace); e l' altra metà consacrata ai bisogni de' poveri ed all' opere dell' insigne sua pietà, e de' suoi studii.

datum. Nam et argumentum ex dignitate Cardinali antea sumptum, utcumque se haberet, tunc pro se afferebat. Igitur Federicus, consulto etiam antequam discederet Pontifice, cujus rei testimonium ipsius Pontificis manu exaratum vidimus, jussit sedem Gubernatoris amplius intra septa non admitti: idque Velasco Gubernatori Mediolanum e Gallia redeunti, significavit. Graviter admodum ferre visus est Gubernator; ac ex eo tempore paratum se se ad omnes contentiones præbuit; qui tamen Gaspari molestus ferre non fuerat. Sathanæ artes deinde indignationem auxerunt; qui non tam Federici, quam gubernatoris culpa usus videtur. Homo enim ex Hispaniæ principibus viris, ac magnis, ut appellant, fastum ac animi elationem insignem præseferebat (1). Cum in Ecclesia cum federico et alio Cardinali genua flecteret, injuriæ loco accepit, quod Ecclesiæ ministri ei pulvinar reliquis angustibus subjecissent. Quod tamen fortuito factum est. In apparatu quodam ecclesiastico cum bonus homo, Federici picta insignia, nihil offensionis suspicans, Regiis præposuiset, eodem modo accepit; ac hominem acriter jussit fune tor-

(1) Ferdinando Velasco contestabile di Castiglia successe nel 1593 a D. Sancio Padilla Duca di Terranuova nel Governo di Milano. Il suo nome si conservò in due modi: l' uno per le interminabili questioni ch' egli ebbe col Cardinale Federico intorno alla giurisdizione del foro Ecclesiastico, l' altro, coll' adattamento della contrada Velasca da lui ordinata per comodo delle mascherate che si facevano nel carnevale per quella via.

queri. In apparatu processionis, quæ cum sanctissima Eucaristia habenda erat, expositæ cum essent pro ædibus cujusdam imagines filii ac filiarum Regis, ecclesiæ minister tamquam res profanas, et in ejusmodi apparatus genere vetitas, jussit auferri, ignorans tamen quorum essent immagines. Quod licet ædium dominus non fecisset, jussus tamen Gubernatori nonciatus magis iratum fecit. Atque omnia hæc sine Federici culpa, imo ipso inscio evenere. Animo ita exulcerato, post annum ab adventu Federici controversia antiqua tum excitata est: conductore laico bonorum Ecclesiasticorum orizam serente quæ seges prohibita erat, an laicus Magistratus eum punire posset. Præses Magistratus, eo de genere judicantis conductorem laicum punivit et segetem meti jussit. Quem minime citatum Federicus excomunicatum publice jussit proponi. Fuit his Jacobus Menochius clarus Jureconsultus. Comoti ex eo maxime sunt Gubernator, Præses ipse et Magistratus omnes, asseverantes sententiam huiusmodi præsertim sine citatione ferri non potuisset. Contra vero affirmative Federicus, quod in facto notorio citatione opus non esset. Atque ex eo multa alia commemorantes, Regiamque jurisdictionem varie usurpari conquerentes in eam sententiam venerunt, ut edictum Gabrielis ducis Alburquerquii, de quo in vita Caroli diximus, quo gravissima pœna criminis Læsæ Majestatis proposita edixerunt, ne quis regiam jurisdictionem

usurparet lederetve. Edictum fecit, ut qui causas coram ecclesiastico judice agere solebant, non aliis tantum, quæ in controversia erant, abstinerent, sed ab omnibus aliis quoque ubi agendum esset in laicum; vel suspicio aliqua esset, ne Regiis Ministris molesta esset actio. Quod quidem non Mediolani solum, sed in tota provincia quoque evenit. Cum ita res se haberent, Federicus Mediolanum convocavit Episcopos provinciæ ad diem XVIII Octobris anni MDXCVI Lodovicum Laudensem (1) ... Bergomensem, Maphæum Derthonensem, Marsilium Vigevenensem (2) ..... Casalensem cum Novariensi et vicarios ecclesiæ Cremonensis et Alexandrie absentibus Episcopis; omnes hospitio suscepit. Ibi nos paucis ante diebus Ricardi Præsidis Officio, et ipsius Gubernatoris voluntate invitati ad agendum de concordia, Federico ante omnia operam nostram detulimus. (3) Missæ igitur Sagrificio in Ecclesia Majore præsentibus Episcopis peracto, ad invocandam Spiritus Sancti opem, de edicto Gubernatoris, et jure ecclesiæ tuendæ cum ipsis consultavit. Consenserunt omnes jure agendum esse, ad ea recuperanda, quæ Ecclesiæ edicto illo ablata erant. Illud tamen Episcopi a Federico impetrarunt, ut officiose prius a Gubernatore

(1) Era vescovo di Bergamo nel 1596 Gio. Batt. Milani.

(2) Era vescovo di Casale nel 1596 Tullio Caretti.

(3) « Ed eletti furono a ciò fare Carlo Bescapè vescovo di Novara e Marcilio Landriani vescovo di Vigevano ». *Rivola pag.* 211.

restitutio huiusmodi peteretur. Delecti Episcopi Novariensis et Vigevenensis qui illum adirent (1). Constitutum quoque ut declarationis modus ille peteretur, quod dux Alburquerquiensis usum olim fuerat. Nam et Clemens Pontifex consultus censuerat, eadem opus esse ratione, permiseratque ut Federicus ac alii Episcopi jure suo uterentur in magistratus, affirmans edictum esse jurisdictionis Ecclesiasticæ perniciem et interitum. Episcopi duo Gubernatorem allocuti, Ecclesiasticorum judiciorum detrimenta non Mediolani solum, sed in tota provincia commemorarunt: enixe rogarunt ut pro pietate sua proque Philippi Regis Catholici eximia religione, ita declararet mentem suam, ut Ecclesia jure suo uti posset, sicuti antea consueverat. Cumque Gubernator responderet animum sibi non fuisset jus Ecclesiasticum vel minimum lædere, edicti verbis de jure regio tantum conservando contineri, nihil autem prorsus de Ecclesiastico minuendo; imo testatum se edicti initio nolle alieno jure quidquam

(1) Qui ha principio la troppo famosa trattativa dei vescovi chiamati a Milano da Federico a sostegno della giurisdizione del foro Ecclesiastico, ed il Contestabile Velasco, minutamente ed esattamente riferita con molte parole dal nostro Bescapè che ne era parte principale come il più dotto fra i vescovi in materia Canonica e Civile. Se al giorno d'oggi fortunatamente si troviamo ben lontani da quelle speciosità legali; non è però cosa spregevole l'esserne informati massime da un testimonio presente; tanto più che i varj scrittori delle azioni di Federico non ci lasciarono che poche cose sopra un diverbio che assorbì, cosa incredibile, ma pur verissima, lo spazio di anni diciannove e mesi sei ???

detrahere : omnino coactum se se fecisse, ut Regia jura, quæ quotidie Ecclesiastici judices usurpabant tueretur: demonstrarunt Episcopi, si mens ac verba per se Ecclesiam, non læderent, re tamen ipsa edictum ipsum maxime lædere; actores enim Causarum summis pœnis suppliciisque edicti in eos qui jus Regium usurpassent, territos, etiam causis ipsis abstinere quæ sine dubio ad Ecclesiam pertinerent. Quid enim ob varias opiniones hominum ad Ecclesiam, quid ad laicos judices pertineret se se certo scire non posse; neque periculo capitis sui ea se velli interpretari. Ita quidquid de verbis edicti disputari posset, quidquid de animo suo affirmaret Gubernator, rem tamen ipsam apertam esse omnibus Episcopi replicabant, edicto impediri jurisdictionem Ecclesiæ ac funditus pene tolli. Quiduam edictum huiusmodi effecturum esset prævideri sane potuisse ex eo quod olim effecerat. Sed si tamen ea excusatio valuisset, cum edictum proponi jusserat, nunc certe cum quid ex eo effectum esset, dare prospiceretur minime valere, nunc tandem scientem et volentem illum Ecclesiam damno atque injuria afficere. Putare se se nihil ab Ecclesiasticis fuisse usurpatum, quod saltem gravium jurisconsultorum sententia Ecclesia non posset vindicare. Si contrariam sententiam ipsi quoque laici judices aliis jureconsultis contra sentientibus tueri se posse existimarent: non tamen pœnarum metu ac vi eos sibi asserere debere

quod in controversia et opinionum varietate positum erat. Multo minus ut dubia caperent, etiam posse usurpare quæ Ecclesiæ sine dubio essent.

Si quid etiam ecclesia usurparet, qui liceret laicis multa et gravia ecclesia detrahere, ut aliqua tantum recuperarent? ac si unius creditor centum adversario eriperet: cum maxime si qui vere usurparent, eos punire singillatim peccantes in eorum esset potestate; ac non uno edicto et quæ usurparent, et quæ ecclesiæ erant auferent. In sententia ita mansit Gubernator ut sibi tamen consideranda diceret quæ Episcopi afferebant, moxque respondendum (1). Cum rediissent Episcopi in summa respondit; se se mentem suam Ministris Fori Ecclesiastici aperuisse: causas illius fori libere agerent modo Regia jurisdictio non lederetur. Nihil aliud se se reperire, quod facerat, ut ecclesiæ impedimenta quæ proponebantur tollerent. Si ex ignorantia et inani metu bona edicta male interpretarentur, sua culpa id minime fieri. Si qui Episcopi aliud haberent aperire vellent. Ipsum Gubernatorem ac ejus consiliarios, dixerunt Episcopi, satis pro prudentia sua nosse, quid opus esset; rem tamen compertam esse auctores causarum Ecclesiasticarum ad pristinam libertatem non reddituros, nisi scripto ac disertis verbis ita confirmarentur, ut eorum

(1) Il latino del nostro buon Vescovo appare qui molto intricato stante che ha egli voluto riferire le dimande e le risposte fra i Vescovi ed il Governatore quali in realtà furono scambiate nelle diverse udienze da loro tenute.

periculis non reliqueretur locus. Exemplum esse ducis Alburquerquii qui eiusdem edicti eadem mala impedimentaque sustulerat. Ille primo quidem ducem se minime, dixit, immitaturum, qui in eo Regiam jurisdictionem perdiderat; sed paulo post dixit, eadem de re se consultaturum.

Conveniunt tertio Gubernatorem Episcopi, relatis singillatim in episcoporum congregationem quæ cum gubernatore agebantur. Idem agunt, monent graviter, saluti suæ consulat, de vinculo etiam atque etiam cogitet, quo eius anima teneri putant, atque adeo affirmant. Nihil aliud ab eo extorquent, quam ecclesiæ quidem velle consulere, sed ita ut regium jus salvum esset.

Denunciant Episcopi omnino declarandum esse edictum, quemadmodum fecerat dux Alburquerquii. Respondit, cum id pro extrema conditione, ac ut ipse dixit, pro extrema unctionis remedio sibi denunciaretur, paterentur ea de re rursus consilium quærere. Dum hæc agerentur Gubernator edictum Aloysii Reguensensii (1) olim gubernatoris renovavit, quo sodalitia ire aperta facie in processionibus jubebantur, neque convenirent unquam nisi adesset quem illi deligisset. Præterea caput litterarum Regiarium edicto promulgavit, quibus sibi soli rex vindicabat auctoritatem edicendi ea, quæ ad publicam utilitatem pertinebant. Quod quidem

(1) Era questi D. Luigi di Requensens il quale fu Governatore di Milano nel 1572 succedendo a D. Alvaro di Saude.

quasi genus pronunciationis in re ad Ecclesiam spectante fuit multis admirationi. Omnino Velasci animus exulcerari videbatur vixque se continebat, quin episcopis ipsis præsentibus Federico maledicere, et ecclesiasticis aspere minaretur. Commemorabat enim Principum quorundam facta, qui episcopos eiecerant. Cui tamen respondimus. Regi id et ejus ministris incomodius fore, quam nobis. Cumque ex charitate moneremus, ut sibi consuleret, quem vincolo excomunicationis irretitum putabamus: dicebat, se consilium salva conscientia sequi posse consiliariorum, quos litteratissimos habebat, si qui alii essent in Italia. Dicebamus cogitaret, nos esse de quibus dixerat dominus *qui vos audit me audit;* respondebat nos de rebus nostris agere fortasse etiam cum ambitione.

Postera die misit Simonem Bossium Præsidem Magistratus, qui Regis ordinariis reditibus præest una cum Camillo Trotto Senatore: qui admissi in congregatione Episcoporum dixerunt in summa. Quoniam declaratio Alburquerquii peteretur, fieri nullo modo posse; non debere etiam aliam declarationem exegi, quam quæ ipso eodem edicto continebatur; et ad ipsos fori Ecclesiastici ministros facta erat, ad id Gubernatoris jussu convocatos ne suis exercitationibus abstinerent, modo jus Regium non attingerent; mentem illius non fuisse Ecclesiam lædere, id jurejurando affirmare; si quid Ecclesia ex eo detrimenti pateretur, esse

contra illius volontatem: propterea non incidisse in excomunicationem. Ad id enim necesse esse animum eripiendi quod Ecclesiæ est, et quia Ecclesiæ est. Alburquerquii autem declaratio permittebat ministros Ecclesiæ se se omnino nullaque adjecta conditione exercere in eo foro, uti ante edictum soliti erant. Dicebant vero nuncii illi, tum id genus declarationis potuisse adhiberi, quia nihil juris Regii usurpatum erat: nunc vero non posse rem Ecclesiæ omnino restitui in antiquum statum quia multa Regio juri erepta fuerant. Rogaverunt demum Cardinalem, ne cogere Principem vellet ad ea quæ neque debebat neque etiam facere poterat. Se se uti utriusque jurisconsultos et costitutiones Pontificias interpretari posse, non videre autem, quam ob rem Gubernator in pontificiam sententiam propter edictum dici posset incurisse. Cavere debere Cardinalem ne, gubernatorem excomunicatione affectum declarans, efficeret, ut Ecclesiæ auctoritas videretur cum publica offensione contemni. Cum respondisset Cardinalis non nulla ad testificationem animi sui pastoralis in ea causa, dixit etiam eorum quæ dixissent, rationem habiturum; ita tamen ut liberum sibi esse vellet deinceps agendi quæ sibi justa viderentur. Discedentes illi ab iis quæ contra Velascum pronunciari et cum gravare possent: appellarunt. Exinde congregati episcopi una voce dixerunt, tunc demum nihil differendum esse, quin jure in Velascum ageretur et ad Ecclesias suas revertendi veniam petierunt.

Visa est ea Episcoporum convocatio molesta Regiis Ministris, quasi in Ecclesiæ hostes habenda esset. Sed ne Ecclesiasticæ quidem causæ valde fuit utilis propter varias hominum opiniones. Nam Episcoporum aliqui Federico non omnino consentiebant; et ne aliqui secreto adversarentur, suspicio fuit: ut ut res se haberent; Carolus quidem ille cum promulgato Alburquerquii edicto, quidam suaderent ut Episcopos convocaret, recusavit. Vereri enim ne quidam eorum contraria sentientes causæ nocerent. Hæc octo diebus post Episcoporum adventum acta sunt. Federicus Velaschium jussit edictum revocare, idque scripto publice proposito, quoniam neque is aditum ad se dabat, neque tuto id fieri posse merito existimabatur. Rursus appellatum est Velasci nomine; tum etiam petita non ulla dilatio ac impetrata.

Dum autem tempus trahitur; omnibus, viis rationibusque Federici animus tentatus est, quibus non solum tempus concederet sed omnino ab incæpto desisteret. Collegia precipua Civitatis eum convenerunt. Doctrinæ Christianæ scolæ, magno agmine facto cruce prælata adierunt: Principum exterrorum litteræ commendationesque adhibitæ: ministri ecclesiastici clam territi: Magna pericula Borromeiæ familiæ jactata: ipsam Federici matrem, ne dum fratrem Renatum, in vincula conijciendam si excomunicaretur Gubernator, feuda, muneraque Regia ei auferenda; sacram sententiam pessimo

exemplo despiciendam: miræ omnino artes, atque officia, quasi machinæ adhibita, ut Federici animus de suo statu moveretur, ac inflecteretur. Conatum contentionemque eiusmodi pro Ecclesia Religioneque esse diceres, quæ revera contra ecclesiæ libertatem, sive ab imperito vulgo, sive a timidis hominibus, sive assentationis vitio laborantibus, sive ad rem suam tantum attentis, suscipiebatur. Ita Federicus, qui primo præ studio juris Ecclesiastici vindicandi vix officiis Episcoporum paucorum dierum spatium dederat, dilationibus tempus adeo trahi passus est, ut litteras a Petro Cardinali Aldobrandino Pontificis nepote, Velascus de sententia ad certum tempus non ferenda impetraverit.

Ex eo tempore causæ cognitio Romæ introducta Federici actioni moram attulit. Romam utrinque missi, qui causam procurarent. Ecclesiam restitui in pristinum statum edicto abrogato, Federicus postulabat, tum de causa disceptari; propterea moneri Pontificio rescripto, id quod factum putamus licet frustra atque adeo juberi Velascum volebat, ut edictum publice rescinderet. Regii Magistratus conditionibus proponendis Pontificem detinebant; controversiam componi volebant, ita ut suum cuique tribueretur. Multa enim sibi contra jus Ecclesiam sumpsisse ajebant. Interim Mediolani (1) ac in tota provincia Ecclesiasticum forum

(1) Enumera qui il nostro Autore gli effetti funesti delle dissen-

consuetis causis spoliatum jacebat, quæ quidem offensionis Magistratuum aliquam licet levem suspicionem afferre possent: causidici notariique recusare patrocinia officiumque procurationis. Non solum laici, sed clerici quoque ac cænobitæ, partim sibi, vel propinquis timentes, partim recusatione causidicorum, partim etiam necessitate exigendorum reditum, adire passim judices laicos. Illi a quibus peteretur statim recusare Ecclesiastici judicis auctoritatem, defferre creditores ad regios ministros et accusare turbatæ Regiæ jurisdictionis et inique vexare insontes. Judices laici occasione uti ad agendum quæstum suum, in clericos jactare minas, iisdem homines parum pii insultare turpiter plurimi sive imperitia sive impietate quadam abstinere abstinendumque prædicare non actionibus solum, sine aliqua controversia concessis sed etiam obsequiis Ecclesiæ clericisve debitis. Rei criminum, quæ ad utrumque forum spectant et clerici ipsi insultare et impune abire. Laici testimonium abnegare in causis Ecclesiasticis. Mali clerici vitiose vivere, freti impedimentis testimonii a laicis habendi. Si qui laici ministri Ecclesiastici fori, clam accusare,

sioni fra il foro Ecclesiastico ed il Civile, poichè il Governatore Velasco in nome di S. M. Cattolica, e minacciando pene gravissime ai contravventori, ingiungeva ai notaj, avvocati, causidici, giudici ec. di assumere essi le cause miste dei due fori; e Federico e gli altri Vescovi tenevano pronta ad ogni istante la scomunica se mai coloro obbedissero.

et per Regiorum Ministrorum auctoritatem insectari: quotidie magis Ecclesiasticam auctoritatem contemni: et quod libere dicendum est, impietatis fondamenta jaci. Regii Magistratus rei suæ inservientes, ecclesiasticos, qui eos adirent, benigne accipiebant, facile audiebant, adjuvabant: accusatores amice tractabant Ecclesiarum debitores ab Ecclesiastico judice tuebantur. Plerique senatum, vel jurisconsultos quosdam ei rei præfectos consulebant, antequam actiones aggrederentur, vel consentirent agentibus an id sibi liceret. Laici Magistratus inter laicam et Ecclesiasticam auctoritatem judicabant Judicibus Ecclesiasticis, si quid ausus esset contra eorum sententiam, gravia supplicia minitabantur; Episcopis ipsis exilia se denunciaturos prædicabant. Consuetudo probata, et antiqua ecclesiarum, ut clericus laicum coram Ecclesiastico convenire posset, passim violabatur: quasi regula, ut actor forum rei segnatur, nullam admitteret exceptionem. Consuetudinis item laicos ducendi ex causis Ecclesiastici fori nulla habebatur ratio. Hæc omnia in dies graviora evadebant, et jus canonum vehementius opprimebatur. Et licet Regii magistratus multa in dubio posita faterentur, tamen usurpabant; ac licet se se multo concessuros Ecclesiasticis, si de concordia ageretur, palam dicerent, eadem tamen sibi retinebat.

(1) Prætor Novariensis Pedemontanus magna lætitia prædicare dicebatur, laicorum potestatem jam amplificari, vel in ipsos clericos posse inijci manus a judice laico, si quid turbarent, cum pœna læsæ Majestatis, in primo capite edicto, esset irrogata. Atque mortuo Canonico, cum ecclesiæ nomine actum esset coram vicario nostro in conductorem bonorum illius, ut quæ Canonico debebat solveret; hæredum item nomine coram Prætore actum est postea. Monuit amice Prætorem vicarius ut desisteret: ecclesiam in laicum recte agere coram ecclesiastico judice, maxime pro fructibus bonorum ecclesiasticorum. Consuetudinem conveniendi laicos

(1) Narra qui il nostro Vescovo il caso di un certo Pretore di Novara il quale in forza del contrastato diritto laicale aveva ordinato che gli eredi di un defunto Canonico esponessero nel foro civile le pretese del vicario Vescovile sopra i fitabili della prebenda lasciata da quel Canonico. Il Bescapè sostiene in questa narrativa che per *consuetudine* la Chiesa di Novara era pel possesso, che trattandosi di *cose* ecclesiastiche, com'erano i beni della indicata prebenda, apparteneva al foro Ecclesiastico il giudicare, quandanche le *persone* da citarsi fossero laiche. Fu quindi il Pretore scomunicato: e avendo poscia implorato perdono, il vescovo ottenne da Roma la facoltà di prosciogliérlo dalla scomunica, non con rito solenne e forma pubblica nella Cattedrale, ma nella sua *privata Cappella.* Racconta poscia che *molti* cittadini si trovarono *per caso* presenti, e che ciò fu argomento per il Pretore di altamente querelarsi nanti al Governatore di Milano. Giustifica il Vescovo la propria procedura, ma non sembra tuttavia ch'egli abbia ragione; poichè confessa che *molti* per *caso* erano presenti, ma che erasi adoprato che fossero *pochi;* ad ogni modo non si sa capire come in una cappella privata del vescovo avessero potute molte persone intervenire alla funzione, ben potendo il vescovo impedirne l'entrata.

coram ecclesiastico, antiquam firmamque esse ecclesia Novariensi prius coram ecclesiastico, quam coram laico actum esse. Negavit ille, minas proposuit si quis inhibitionis scriptum intimasset. Cum scriptum oblatum esset terruit nuncium, fugavit ejecit. Citandus erat dicturus, cur declarandus non esset in censuras incidisse Pontificia auctoritate iis impositas, qui jurisdictionem ecclesiastici judicis impedirent. Prudentium tamen virorum officio concessimus, ut si comoda ratione satisfaceret ecclesiæ, non solum excomunicationis promulgationem in eum supersederetur, sed citatione quoque. Cum consensisset, mutata paulo post sententia, Mediolanum profectus est. Ibi negotium suum magno conatu egit, egregium se Regii juris defensorem professus est. Citatus procuratorem constituit, qui diceret, atque adeo juraret, non modo vicarium, qui citaverat, sed nos quoque æmulos sibi, et inimicos diceret, ac propterea valde suspectos; testaretur etiam seditionem per nos impendere urbi. Obtinuit a Gubernatore litteras, quibus nos rogabat, ut ab eo excomunicato denunciando abstineremus. Distulimus complures dies. Homo jussu Magistratum Regiorum de injuria nobis satisfecit, blandis verbis studuit nos placare. Non esse id opus, respondimus, quod contra me dixisset, jam christiano condonasse. Ecclesiæ satisfaceret. Cum nihil aliud ageretur, jussimus ferri sententiam, qua excomunicatus declarabatur: neque tamen promulgari voluimus,

expectantes quomodo de injuria illata ecclesiæ satisfieret. Cumque satis diuturna fuisset expectatio, eaque inanis, eum publice denunciavimus. Tum Regi Magistratus qui Prætorem semper accusaverant, causam vero nostram probaverant, irati acriter nos accusavere. Actum est in senatu de nobis ejciendis. Gubernator quasi judex aut Magister scilicet Episcoporum factus, litteris nos acriter reprehendit ac minatus est. Respondimus uti Christi servum debere putavimus. Quod injuste sententiam latum esse contra Prætorem ajebat, contra demostravimus consuetudinem Ecclesiæ Novariensis protulimus. Cumque ille petiisset, ut quæ scripta aut argumenta haberemus ad eam consuetudinem probandam, Mediolano mitteremus incomodum id esse nimis diximus. Si aliquem misset concessurum me facile ut ea perspiceret. Venit Procurator fiscalis; effeci ut consuetudinem ecclesiasticorum conveniendi laicos judice ecclesiastico ex quacumque causa precipue cognosceret, non a paucis annis, ut ipsi suspicabantur, inchoatam, sed ab antiquo tempore. Actuum quibus id ostendebatur ab annis quinquaginta, notulam tulit. Quamquam iis inspectis Magistratus, minime tamen consuetudinem concedere voluerunt. Imo contra Canonem in sententia visi sunt permanere, ut semper regula valeret actorem sequi debere rei forum, nulla admissa exceptione.

Quod nobis sumopere mirum visum est, causam nullam idoneam invenientes, quamobrem hoc a

juris ecclesiastici usurpati culpa pœnaque vindicare possimus. Jacuit infelix Prætor multos menses excomunicatus. A Magistratibus Regiis nihil juvabatur. Jurisdicundi causa eum adibat nemo, imo omnes aversabantur; ut pios homines facere convenit. Itaque, vitandi ut puto majoris damni causa ad nos confugit, rogavitque, ut ei absolutionem Romæ impetraremus. Fecimus christiana charitate moti. Facultas absolvendi litteris sacre congregationis prorsus eo modo nobis data est, quemadmodum petieramus: ita ut non ad Ecclesiam Cathedralem publico loco solveretur; sed in Capella nostra. Absolvimus injuctis pœnitentiæ causa salutaribus precationibus pro foribus Capellæ. Sorte affuerunt cives multi. Homo quasi gratiam relaturus Mediolanum statim profectus, graviter congæstus est absolutum se de industria nostra multis præsentibus, cum tamen a nobis potius vere curatum esset ut adessent pauci; absolutum ante fores oratorij, cum ex litteris in Oratorio faciendum esset. Nos vero ita intelligendas litteras judicavimus quia ritus absolutionis ita ferret, quemadmodum Astensis aliiquæ Canonum periti scriptores tradiderunt, significatioque poscit. Est enim excomunicatus extra ecclesiam, foris igitur absolvitur, mox introducitur sicuti nos quoque tum fecimus. Ita rursus Gubernator nos acerbe insimulavit, quasi injuste egissemus, hominemque ludibrio habuissemus. Scripsit ipse per sua animi perturbatione, respon-

dimus nos quod personæ nostræ esse putavimus. Visus mihi in eo negotio conoscere, quam nihil sufficit ad satisfaciendum iis, qui turbido animo sunt, qui quidem cum id semel feceris, quod ipsi nolunt, præsertim si potentia sunt elati, omnia semper malefacta deinceps putant, omniaque accipiunt in peiorem partem, et tamen jure auctoritateque retenta, omnibus officiis placare homines studuimus; reque ipsa ostendere nos nihil neque alieni usurpandi causa, neque cuiusquam contemnendi, neque contendendi studio facere. Atque ea postea quoque fuit eorum de nobis opinio, ut de controversiis Mediolanensibus sedandis nos agere curarent. Quod munus non laborem quidem, aut incomodum aliquod fugientes, obire non potuimus.

Redeamus nunc ad ipsas res Mediolanenses. Licet hæc omnia ita se haberent, ferebatur tamen non esse liberas in senatu sententias: nonullos contra sentire; quam assentirentur timentes odium, verentesque ne non tam viri veritatis aut pietatis amici, quam regis inimici putarentur si quid pro ecclesia dicerent. Deus immortalis, quam studiose cavenda sunt contentionum ac perturbationum initia, quam sedulo curandum, ut quam citissime sedentur. Nam quo diutius manent, eo ingravescunt magis (1); aliud ex alio malum gignitur, acuuntur odia, conscientiæ

(1) « Avvenne delle narrate differenze quello appunto che avvenir suole de' più gran mali, i quali, se non si porge ad essi subito rimedio, si fanno ognora maggiori ». *Rivola p.* 217.

sensus hebetatur, obscurantur mentis lumina: qui bene sentiebant corrumpuntur, qui primo non bene, tarde pessime consulunt. Abhorrent sæpe a concordia maxime, qui primo erant valde propensi. Quam studiose etiam videndum omnibus, ne non tam de jure, quam de existimatione laudeve contentio suscipiatur. Eodem tempore pii homines eventus quodam, ut signa Divinitus data observarunt. Eiusmodi sunt. Insanus quidam juvenem filium Velasci, Hari Comitem dictum (1) ..... nomine, custodia vallatum cultro percussit in ventre, ut mirum fuerit non occidisse, dum ædem B. Virginis ad S. Celsum una cum matre viseret N..... Gerardus senator acer juris Ecclesiastici adversarius, improviso concidit in eius Bibliotheca, et paulo post erepta loquela mortuus est. Menochii filius juvenis jurisperitus, unicum senis parentis solatium, dum auctoritate paterna adjutus, in honorum cursu esset, uno die extinctus est. Mortuus est Camillus Trottus Senator ex primariis Velasci consiliariis adversus Ecclesiam. Ex duobus filiis Alexandri Rovidæ præcipui advocati Fiscalis contra Ecclesiam, unus capite in clavum illiso mortuus est, alius subito casu magnum adiit vitæ periculum. Ex ipsa quoque Velasci domo nepos ex filio mortua est. Alia non nulla ejus generis emanarunt, quæ

(1) Credo si chiami Innico Velasco Conte d'Harro che aveva preso in moglie la contessa Maddalena Borgia.

sicuti ab aliis observata sunt, ita et multo magis ab iis consideranda erant, ad quos pertinuerunt. Temere affirmare de Dei consilio non debemus. Pium autem, si quid nobis accidit adversi, præsertim rarum et improvisum, admonitionem divinam existimare, peccatis adscribere, eaque serio perverstigata emendare. Peccatis certe suis vel viri sanctissimi adversa tribuerunt. At Velascus exclamabat mirari se Italos, qui adversa omnia pro prodigiis haberent: nosque accusabat qui de Carolo scribentes casus quosdam retulimus adversariorum ecclesiæ, qui excomunicationem visi erant aspernari. Cumque Cæsar Baronius Cardinalis, accepto filii vulnere, litteras ad eum dedisset, modeste monens, ut casum pie consideraret, respondit etiam Carolum ipsum olim percussum, et servatum. Non ommittenda forte mors Jacobi Riccardi Præsidis Senatus qui edicto illi uti Præses subscripsit. Sed, ut audivi, invitus omnino, quantum intelligere possum sensu a perturbationibus, quæ postea extitere, alieno. Nam et sermo fuit minime vanus ob huiusmodi sensum Velasci verbis minusve male habitum, dolore cum morbo conjuncto interiisse. Sed graviora ea videri possunt fortasse signa, quod ab iis contra ecclesiæ jus conatibus inter ipsum gubernatorem ac senatum contentiones ortæ sunt sane graves; vicissimque accusationes ac testificationes alia pars contra aliam in Hispanias miserunt. Tum vero vitia, criminaque, in urbe gravissima et frequentia

evenere. Aleæ, crapula, luxuria non magnæ fortasse admirationis in urbe opulenta: sed quod a Mediolanensium moribus alienum semper visum est, insidiæ, vulnera, latrocinia, proditiones, cædes, ac quasi in deserto loco grassationes, quod magni cuiusdam portenti simile omnibus videbatur. Velascus ipse primo pene dicam ut angelus dei civibus acceptus, postea invisus fuit, ac non solum superbiæ, sed levitatis libidinisque publicæ accusatus. Nam et Choreas frequentavit, et avus jam factus, saltandi artem uti puer didicit.

Cum Ecclesiæ res ita se haberent, ut paulo ante dicebamus, Federicus tædio ac dolore auctoritatis oppressæ commotus, fortasse sperans se præsentem Romæ ecclesiæ rebus melius consulturum, inconsulto Pontifice, ac improviso Romam concessit mense aprili insequentis anni MDXCVII. Profectio neque Pontifici, neque aliis plurimis placere visa est: desertum gregem multi quæsti sunt, maxime cum diu abesse viderent. Mediolanensium certe eximia ea in illum propensio visa est minui non mediocriter. Rerum salutarium disciplina, maxime vero cleri mores in deterius quotidie abierunt, magno piorum omnium dolore. Neque vero quidquam profuit Romæ Federicus: nam ejusmodi fuit Clementis Pontificis eius causæ fastidium, ut ne dum Ecclesiæ jus vindicare, sed vix de negotio secum agi pateretur. Actitata multa sunt Romæ ac Mediolani ubi Flaminius Plattus Cardinalis controversiam

etiam volontate Pontificis componere conatus nihil effecit. Nam Federicus Mediolani apud Regios Magistratus minus digne tale negotium agi contendebat, præsertim cum Regii procuratores semper Romæ dum agerent, testarentur, se coram patre, non coram judice agere; proptereaque judicia figuram omnem vitarent. Quod etiam Menochius consilio suo contra ecclesiam edito diserte affirmavit, Papam scilicet in ea causa judicem non esse (1). Revera autem putarunt multi Federicum non satis Platto confidisse, Regia pensione donato; qui tum quoque a Fisco Regio aquas ad irriganda abbatiæ, quam tenebat, suaque et propinquorum prædia in diœcesi Novariensi sita, et Calpurnianum pagum fratris filio feudi nomine impetravit emitve. Hac eorum conditione non solum is, sed alius etiam MDXCVIII præteriit. Caroli quidem tempore eadem mala Ecclesia sensit, sed post tres menses liberata est: tum graviter instante Pontifice, tum Rege consentiente, tum duce, ad ea, quæ magis pia viderentur, semper propenso. Valuit ad id fortasse casus ille Caroli percussi. Eo anno Ferrariæ (2), quo

(1) Il consulto, di cui qui si parla, steso dal Menocchio era composto da 313 articoli da lui messi in campo per abbattere le ragioni e le immunità del foro Ecclesiastico. Fra quelli articoli uno era che il Papa in tal causa non fosse giudice, ma padre: il che era pur anco sostenuto dai Ministri Regii protestando sempre di trattare con sua Santità, non come Giudice ma come comun Padre, e di fuggire ogni figura e sembiante di giudizio. *Vedi Rivola p.* 215.

(2) Sino dagli 8 maggio 1598 erasi Clemente ottavo sommo Pon-

se pontifex contulerat, concordiæ spes oblata est, dum Velascus uti Gubernator Mediolanensis provinciæ eo ad Pontificios pedes accederet; nosque etiam, qui eadem causa Ferrariam veniremus, jussi sumus a Pontifice adventum Velasci expectare. Erat ibi Rovida quoque. Sed Velascus affirmans Rovidam remansurum acturumque ut opus erat de negotio profectus est, benigne a Pontifice acceptus, et ut puto etiam monitus de eo, quod ad ejus salutem ob ecclesiam spoliatam pertinebat. Tantum vero abest, ut ibi Federico reconciliaretur, ut etiam alieniore animo discederet. Voluit enim ipse prius a Federico salutari, licet alios Cardinales prior ipse salutasset. Quod cum Federicus non fecisset, recusabat ipse eum adire. Sed adiit tamen voluntate Cardinalium et ipsius Pontificis impulsus. Multa ibi disputata sunt a Cardinalibus ei negotio præfectis ac Rovida; sed nihil confici potuit. Antequam Ferrariæ ageretur, opinio fuit Regios Magistratus Pontificis arbitrium secuturos, qui etiam antea visi sunt expectare ut Episcopus Laudensis, aut nos rem componere studeremus, quibus confidere profitebantur. Sed demum ad Plattum Cardinalem rem detulerunt, conditionesque concordiæ obtulerunt, quas tantummodo Plattus Ferrariam ad Pontificem retulerat. Nam Federici ministri quid-

tefice portato a Ferrara per lo possesso di quella città nuovamente devoluta alla santa sede Apostolica per la morte del duca Alfonso II.

quam agere Mediolani ea de re cum quoquam recusarunt; eaque de causa in invidiam quotidianis sermonibus laici Federicum vocabant, accusabantque quod Pontificis arbitrium refutaret, et a concordia pertinaciter abhorreret. Ferrariæ vero ea opinio imminuta est, imo extincta, cum Pontifex visis non modico labore Ecclesiæ Mediolanensis argumentis, palam dixit, eam esse ante omnia restituendam, qui tamen nihil decrevit. Disputavit Rovida consuetudinem conveniendi laicos non posse retineri, nisi retineretur usus litterarum regiarum quæ dabantur ad vicarios; quamquam inique certe: nihil enim comune inter ea. Consuetudo canone comprobatur. Litteræ illæ si efficaces dicas omnino contra jus etiam pene divinum. Si vero ut verba se habebant, tantum hortatoriæ, nihil impediunt Ecclesiæ libertatem. Et tamen nomine reliquorum Regis Ministrorum velle omnia Ecclesiæ restituere professus est, præterquam ne clericus laicum coram Ecclesiastico conveniret in rebus ad patrimonium pertinentibus: cum conditioneque ut quædam statuta Mediolanensia in foro licet ecclesiastico servarentur, quæ ad hæreditates spectant; puta ne monaca peteret hæreditatem patris a fratre, cum statuto excludatur. Federicus vero cum etiam de patrimonii causis consuetudinem habere diceret, eam deserere recusabat. Quamquam si vere id erat Rex concessurus, quod prædicabat Rovida, pii ac Ecclesiasticæ Auctoritatis

studiosi viri, ea re, quidquid jus postularet, cedere aliquo modo Federicum voluissent, ut finis perturbationibus poneretur. Ita res eo loco mansit quo prius erat, imo duriore, ut est conditio malorum, dum diuturniora fiunt. Dubitatum est, non tam de re ipsa, quam de vincendi laude contentionem esse. Nam et Federicum voluissent nonnulli prodiviorem, sive ad voluntatem Pontificis, sive ad amicorum consilia. At etiam mira quædam tarditas observata est in Pontifice, qui cum initio libere dixisset, edictum illum esse auctoritatis Ecclesiasticæ interitum, ferrique non posse, omnino Alburquerquii declarationem esse necessariam; cum etiam visis Ecclesiæ instrumentis passus esset, Ecclesiam ante omnia esse restituendam; nihil tamen efficax unquam constituit. Ita causa jacuit semper atque hæsit firmiter, malum tota provincia gravius factura: Mediolanensis ecclesiæ universa disciplina magis in dies corrupta: Federicus a redditu semper alienus. Mortuus est Philippus Rex, dum Pontifex esset Ferrariæ. Margaritam Philippi filii sponsam pontifex Ferrariæ summa benignitate accepit: matrimonium cum Regis procuratore contractum celebravit ipse (1). Nulla tamen facta est rerum mutatio; donec anno MDIC

(1) Maria Margherita d' Austria fu da Clemente ottavo sposata col mezzo di procura in Ferrara a Filippo III di Spagna famoso per avere scacciato i mori della Spagna, e per aver mossa guerra ai Francesi a riguardo della Valtellina. Il duca di Lermos era il suo principale

mense Majo, cum Federici Vicarius criminalibus causis præfectus excomunicatum denunciasset ex quadam causa laicum judicem, Vicarium quem dicunt Justitiæ, missi sunt Hispani milites ad sexaginta in Palatium Archiepiscopale, qui fractis foribus in ipsius vicarii domicilium impetum fecerunt; quem cum non offendissent, Fisci episcopalis Advocato militum dux horas certas præstituit, quibus provinciam pœna mortis proposita, egrederetur. Deinde contra Vicarium, et Notarium exilii sententia cum eadem pœna promulgata est (1). Quos quidem milites Vicarius generalis ibi anathemate percussit, mox etiam publice denunciavit. Quibus Romam relatis Pontifex Vicarj promulgationem suis litteris confirmavit, anathemateque renovavit, eosque omnes comprehendit, qui vel facinus mandassent, vel auxilium consiliumve dedissent, etiam si ipse Gubernator aut senatores essent, aut alii quacumque dignitate: ac licet nominatim non denunciatos, jussit ab omnibus, qui eos facti affines nossent vitari eadem anathematis pœna irrogata.

ministro, il quale giovò non poco il Cardinale Federico nella concordia stabilitasi nel 1615 fra la corte di Roma, e quella di Madrid per l' affare delle giurisdizioni. Margherita d' Austria morì nel 1611.

(1) Il Rivola con poche parole e sempre dubbioso accenna la causa di questo nuovo diverbio. « Cagione di nuove contese fu un certo edificio, che si faceva presso alla Chiesa Parrocchiale di S. Calimero in questa città, per lo quale fu proceduto dal foro ecclesiastico contra i giudici laici, e dal secolare fattesene risentite dimostrazioni si venne al fulminare delle scomuniche » *pag.* 217.

Sententiam huiusmodi jussit in omnibus Mediolanensis ditionis Ecclesiis publice recitari ac affigi. At neque gubernator ipse neque consiliarii, aut senatores aliorum consuetudine abstinuerunt. Tantum cum Albertus (1) Austriæ archidux, abdicato jam inde Cardinalatu, cum Isabella Regis Sorore natu maiore, uxore tum ducta rediret ex Hispaniis, quo cum Regina profectus erat (Velasci ne, an Principum illorum opera factum sit, ignoro) absolutus est Velascus ut eos Mediolani reciperet, meritisque honoribus possit afficere. Quod magno Mediolanensium sumptu post Reginæ discessum iterato factum est. Ita tamen absolutus, ut post eorum discessum, eodem vinculo teneretur. In promulgatione sua vicarius Mediolanensis cum non solum anathema, sed et *Maranatha* pronunciasset id ægre admodum Hispani tulerunt graviterque conquesti sunt, quod ea voce contumeliam dicerent inferre voluisse Hispanis. De ea voce Baronius Cardinalis in nono tomo, quem tunc, aut paulo post scribebat, ex ea occasione egit. Post Pontificis promulgationem

(1) È questi l' Arciduca Alberto fratello di Ernesto e Cardinale. Egli depose il capello cardinalizio sopra l' altare di Nostra Donna di Hal, e sposò la infante di Spagna *Isabella - Chiara - Eugenia* alla quale Filippo II cedette i paesi bassi, la Franca - contea e Charolais a condizione che niuna parte fosse staccata, e che in difetto di figliuolanza (come avvenne) quei paesi dovessero ritornare alla Spagna. Sotto il Governo di Alberto e d' Isabella i Paesi Bassi ebbero un notabilissimo splendore per l' incremento dell' agricoltura e delle Belle Arti tutte: Rubens fioriva allora.

exempla quædam litterarum Regiarum disseminata sunt ad ducem Suessanum legatum in Urbe Regium, quibus jubebatur satis dura eius nomini Pontifici loqui: et inter alia ut Federicum Archiepiscopum moneret, tamquam novarum rerum studiosum, sibique fide minime probatum. Dicitur dux litteras misisse Velasco; et contra ducis voluntatem ab eo esse in vulgus prolatas. Omnino paulo post Velascus forte reprehensus publice professus est, eas se litteras non agnoscere imo falsas esse, quamquam intelligentes viri veras putarunt. Non est silendum Margaritam Mediolani ubi complures cum matre dies morata est mira religionis ac modestiæ exempla dedisse, subindignante fere, ut videbatur, Velasco et uxore, alioquin admodum pia, qui pro sensu suo omnia elatiora in Reginæ moribus voluissent; cum potius tantæ Principis sanctam humilitatem imitari deberent. Atque hoc inter alia vitium tributum est Velasco, qui et adversus Episcopos, et Principes viros Mediolanensis Provinciæ, præ aliis, quibus ipse successerat, elato nimis initio præsertim se gessit. Solemne illi erat, adeuntes Episcopos diu sane ante cubiculi fores morari velle; ac viros primarios aperto capite esse coram illo. Quod postea ex parte emendavit. Ac nos quidem Mediolanum jussu Clementis Pontificis ad Ecclesiæ Derthonensis, fiscique Regii controversias sedandas, profecti, per sacerdotem, qui ei a sacris confessionibus erat, monuimus,

se ipse vellet Episcopos, qui olim ab Imperatoribus ad osculum excepti, eximioque honore affecti erant ita tractare. Quid S. Ambrosius in hoc gerere Valentiniano narrit, quid S. Martini cum seniore Valentiniano fuisse scribatur, commemoravimus; privatam ac humilem vitam agere scire me quidem; ad Episcopatum vocatum non posse dignitati deesse; imo et ipsius Velasci honori laudique me ita consulere. Profecit adeo monitio, ut advenienti semper aditus statim pateret, ipsique aliquantulum saltem obvius veniret. Uxor item sub umbella et in gradu stratu sedens, Episcopo tantum assurgebat, et infra gradum in humili sella sessurum accipiebat: quæ flexis genibus humili loco benedictionem debebat postulare. Sed hi mores plurimorum Hispanorum, quos optamus humilitati Christianæ, quemadmodum multis aliis virtutibus magis studere, ne eis, uti superbis, Deus resistat. Non erubuit Velascus ipse, cum Ferrariæ Pontificis pedes esset osculatus, surgere, et comitibus itidem osculaturis dare locum, jussus, sedere ad Pontificis dexteram, cum ibi vacuum scamnum offendisset. Utrum cæca quadam ambitione, aut imperitia fecerit, non facile dixerim. Amovit eum certe cum rubore ceremoniarum Pontificiarum Magister. Cum essemus Mediolani multi Episcopi, uti narratum est a Federico vocati, Dertonensisque cunctaretur Velascum adire, non continuit ille vocem Ecclesiæ persequutore diguam: vinctum, inquit, duci

jubebo. Illud etiam commisit, ut cum Alberto ac Isabella Pontifex legatum a latere cum muneribus quibusdam Pontificiæ benignitatis indiciis Mediolanum misisset, umbellam ex Pontificiali ritu legato ipsi urbem ingredienti dari solitam, nescio quo futili argumento, negaret. Hac eadem ambitione intelligentes viri commotum ac præcipitem actum putarunt ad ea omnia, quæ contra Ecclesiam fecit: quod sibi a Federico ex factis, quæ superius attigimus, tribui non existimaret quæ ei deberentur, ipseque expeteret. Hinc scilicet Ecclesiæ auctoritas oppressa, negata Pontifici potestas, negatus honos legato, scandalum maximi momenti orbi Christiano injectum, fundamenta ea fere jacta, quæ Germaniam, Angliam, Galliam everterunt. Quæ tamen homines perturbati e re Regia esse jactant, et ad Regia imperia conservanda aptissima cum contra omnino esse pii omnes clamant. Quid turpius, quid magis exitiosum Catholico Regi quam per ejus administros Ecclesiastica jura adeo acriter oppugnari? sacras censuras non dicam contemni, sed pro meritis, præmiorumque causis haberi? pene expeti a quibusdam videbatur horrendum ac infame anathematis telum, sperantes id sibi valere ad dignitatem amplificandam. Fisci Advocatus Hispanus gloriari dictus, pectus se habere anatematis ictu impenetrabile. Hæc nobis omittenda non putavimus uti pubblica et notoria, et quæ posteris ad exemplum valeant, et causas, virumque demon-

strarent, quibus Ecclesia Mediolanensis paulo ante Carolo Archiepiscopo florentissima, in statum adeo miserum devenit [1]: ut alii discant ejusmodi causas studiose evitare non laici solum, sed etiam Ecclesiastici, quatenus ipsi hominibus ad indignationem, animique certas perturbationes propensis caveant, quantum possunt, ansam dare; ut in maxima deinde peccata quemadmodum perturbatis animis facile est, incidant. Velascus librum imprimi curavit, quasi apologiam pro se, quo plurima retulit ut se excusaret, et culpam eorum omnium, quæ infeliciter acciderunt, in Federicum Cardinalem conferret. Catholice vero se omnino majorum suorum imitatione probaret se egisse: atque ita innocenter, ut nihil adversi propterea divinitus accidisse dici possit. Nos hic quod scimus verum protulimus, quo si quid alienum scriptum in eo libro est, refelli potest [2]. De majorum ejus deque ipsius fide et gloria, quæcumque sit, nihil prorsus tangimus. Utinam ita perturbatio abfuerit, ut quæ ei acciderunt, et, ut vereor, accident, paternæ Dei castigationi ad interitum carnis tantummodo salutemque spiritus adscribenda sint. Sententia de

(1) Non manca anche qui il nostro Autore di far conoscere come da tante controversie nascessero l'indisciplina del clero, e l'immoralità del popolo.

(2) Si vede che il Bescapè non volle di proposito confutare il libello fatto stampare dal Velasco intorno ai regii diritti in materia Ecclesiastica; egli s'attenne unicamente a dire quelle cose che sapeva personalmente.

qua antea dicebamus a Pontifice contra ædium ac Ministrorum Episcopalium violatores lata rursus ..... [1] scriptis editis factum militum, eorumque qui mandaverant, bonis omnibus, et multis Regiis ministris improbatum defendere, sententiam Vicarii in eos, et ut consequitur, Pontificis ipsius accusare non est veritus. Idque iis argumentis, quibus auctoritatem Episcopalem valde imminueret, profanam vero immoderate amplificaret. Hunc virum cum antea bonum noverim, ac pium, sane sum miratus in errores hujusmodi postea prolapsum esse. Causam vero existimare licet honoris amorem primo, quo homo obscuro loco natus, captus videtur; ita ut altum sane gradum Senatoris nactus, altiores sibi suisque adipisci pulchrum et magnum putare: cum prius jure docendo, librisque scribendis occupatus, ex quo famam collegerat non mediocrem, vitam tranquillam piamque sane ageret. Sed posteriores errores anathemati potius videntur adscribendii. Qui enim homo Sathanæ traditus, ac in Ecclesiæ potestatem invectus lumen veritatis aspiceret? Conatus est quidem ille scribens contra Ecclesiam auctores sententiæ suæ semper

(1) Qui dovevasi porre il nome di qualche altro acerrimo difensore del foro laicale cui forse la prudenza impedì al vescovo scrittore di nominare; la circostanza di essere Senatore e uomo di lettere, ma nato *obscuro loco* potrebbero farcelo indovinare, ma non vale la pena.

afferre, sed vel male interpretatus est, vel de industria, si quid unquam insolens vel temerarium auctor non damnatus protulit illud studiose tamquam musca rem fœtidam, secutus est, cum potius ut apis flores delibare homo pius deberet. Ac non in hoc homine solum, sed in aliis quoque sensum quemdam corruptum, nisi dicere velimus amentiam ex anathemate, seu ex mente in Ecclesiam concitata profectam licet observare. Nunquam post hominum memoriam Mediolani tot mala et scelera commissa dicuntur, quot his annis post Ecclesiæ susceptam oppugnationem, idque nullo pene vindice. Nam magistratus Ecclesiasticorum auctoritate, ac honoribus definiendis vel circumscribendis toti occupati tamquam de re valde salutari agentes, consultationes de Rep. bene administranda judiciaque populis necessaria negligunt et scelerum spectatores, de jure Ecclsiastico imminuendo solliciti sunt. Bone Deus! quantum temporis Magistratus ac litterati nunc consumpserunt, dum diligentissime perviderent, an umbellam possent legato Pontificis urbem ingredienti negare, similiter de aliis multis. Quæ quidem studia, sensusque exemplo suo in civium plurimorum animos inferunt; ut passim per plateas et officinas docti et idiotæ de rebus iisdem passim disputare audias; et temere contendentes variis modis magno animarum periculo peccare. Ac nostri quidem Mediolanenses, antiquam pietatis laudem non recordantes, sive

adulatione, sive honorum quos obtinent, aut sperant, amore, sive ignavia, passim sequuntur plurimi easdem opiniones, easdemque probant actiones. Acerbe sane tulerunt cives, quod Regi libellus ab Episcopo, ut ajunt, Papiense, qui tum officii cujusdam gratia a Pontifice missus est in Hispanias, oblatus est, in quo hæc urbis mala narrantur, tamquam id ad Mediolanensium vituperationem pertineret. Sed non tam pii populi culpa, quam eorum qui regunt, hæc eveniunt. Obstupui nuper Senatus nostri factum, qui libellis hominum, sive incognitorum, sive nullius prætii, sive malorum clericorum, qui scelerum pœnas ea ratione vitare cuperent, motus, in quibus Vicarii nostri, honesto sane loco Mediolani nati, moribus, doctrinaque probati sacerdotes acerbe ac rustice falso accusabantur; aut Advocati Fiscalis Hispani, qui imperitiæ cupiditatisque passim arguitur relatione adductus, neque nobis, neque Vicariis auditis, ad nos litteras dedit, ac si omnia eis narrata verissima essent, quæ majori ex parte erant falsissima. Imo eundem ipsum Fiscalem Novariam misit, testimonia pubblice de rebus illis collecturus; tum præterea fori nostri ministrum iisdem de causis in carcerem duci jussit. At contra homines probatissimos, contra ipsum Episcopum bene cognitum quis unquam re non melius cognita ita commoveri potuit salva prudentia, et integritate? Studuimus nos tamen licet de injuria graviter conquesti,

veritatem amice, et exclusa omni forensi actione, omissisque censuris demonstrare, concedentes perturbationi hominum ac elationi. Fori minister dimissus est; nemine prorsus pro eo instante. Unam ex causis, quæ Fiscalem huc minitantem, crepantemque adegerunt, commemoremus. Vir bonus capellam instituerat, dotem dederat, Episcopali auctoritate accedente. Clerico beneficium collatum qui redditus assignatos dum peteret, res a debitore solutionem fugiente delata ad senatum seu Fiscalem; laicum hominem, ut jurisdictionem Regiam eluderet cessisse Ecclesiastico ita debitorem laicum conveniri per injuriam coram Ecclesiastico judice. Senatus re non cognita, contra Vicarium commoveri, nuncium fori, qui citaverat, in carcerem ducere bonum hominem, qui pium ac religiosum opus fecerat, vocare, varie vexare. Hic fructus animi perturbati et Ecclesiæ adversantis. At videri voluit Senatus recte fecisse dum litteris nostris responderet, ac inter alia consuetudinis, de qua superius diximus, vim negavit, non potuisse scilicet inscio Principe introduci, quasi non sufficiat longissimo tempore publicis et quotidianis actionibus, inspectantibus Prætoribus, Procuratoribus ac Advocatis fiscalibus civitatis Senatu aliisque Magistratibus proximis, ad quos de rebus omnibus quotidie illi referunt, ac omnino, etiam inscio Principe, consuetudinem hujusmodi, canone ipso comprobatam, introducere vel tenere.

Dum hæc ita se habent, Clemens Pontifex litteras edidit Romæ datas die duodecima Augusti MDIC, quibus omnes sententias excommunicationis ad eum diem latas in causis, quæ de jurisdictione in Mediolanensi provincia erant, suspendit ad arbitrium suum, rogatus, ut in litteris expressit, a Philippo Rege Catholico, qui enixe cuperet eas omnes controversias tollere, immunitatemque Ecclesiasticam integram conservari, proptereaque petierat excomunicatos omnes absolvi. Quod cum nisi causa cognita Pontifex facere recusasset, sententias tantum suspendit. Expectabatur, et merito quidem, post decretum Pontificium ut Rex quoque edictum illud Velasci, quo tota Ecclesiæ jurisdictio perturbata est, tolli juberet. Cui rei cum varia impedimenta allata esse dicerentur, maxime a Regiis Mediolani Ministris, tandem Velascus Calendis Martii anni MDC ita jussus, litteris Regiis datis XV Cal. Febbruarii, suspendit edictum ad arbitrium Regis. In quibus cum esset conditio, ut prius Vicarius Archiepiscopo tolleret quoddam edictum de oryza olim promulgatum, illudque Vicarius sustulisset, reservata tamen aliud promulgandi, Velascus ita suspendit edictum, ut si Archiepiscopus aliud unquam promulgasset, re prius cum Regiis Ministris non conventa, suspensio nulla esset. Quod quidem additamentum tunc visum est impedire ne jus Ecclesiæ restitueretur in pristinum statum, sicuti cum magna populi Mediolanensis

lætitia cæptum erat [1], maxime Regiis quibusdam. Ministris adhuc non obscure iis, qui jus Regium læsissent, minitantibus. Ex quo etiam Federici reditus, qui jam instabat, retardatus est. Regias ipsas litteras Velascus edicto suo retulit. Rex autem rogatu Pontificis affirmabat, id se se jubere, cum relatum esse diceret, ex eo edicto discordiam et confusionem ortam fuisse, ita ut nemo auderet in Ecclesiastico foro causas ad illud pertinentes agere.

Non semel Romæ postea actum est de controversiis sedandis; cuius rei impedimento Velascus esse dicebatur; donec anno Jubilæi administratione provinciæ amotus est. Abire visus est invitus, et invisus Mediolanensibus: cum parvam quamdam viam ob adventum Reginæ non longe a Romana porta amplificare jussisset, et ejus operis non sane magni monimentum marmorea inscriptione sibi poni voluisset, tabula noctu fœdissime conspurcata est. Eodem tempore Federicus in Hispaniam [2]

(1) » Tutto festeggiante al divolgarsi di questa sospensione si dimostrò il popolo milanese sperando pure di avere in breve a rivedere il suo amato Pastore (*era in Roma Federico per queste controversie*), ma turbata rimase alquanto questa comune letizia ecc. ». *Rivola pag.* 219.

(2) Il Governatore Velasco fu chiamato in Ispagna nel 1601, ed occupò la carica di presidente nel consiglio per gli affari d'Italia presso quella Corte come rilevasi più avanti. La contrada Velasca come qui si nota fu ampliata da quel Governatore nell'occasione dell'arrivo in Milano della Regina di Spagna, Margarita di cui parlammo, e non già per le sole mascherate come a pag. 47 abbiamo detto.

demum misit, quod initio ut faceret, amici suaserant, qui Regi animum suum a jure Regio usurpando alienum, ac in Regiam majestatem propensum destaretur. Cuius nuncius a Rege, ac præcipuis Consiliariis bene acceptus rediit cum eorumdem ad Federicum amantissimis litteris. Velascus tamen Præses Regii Consilii, in quo de Italicis rebus consultatur, constitutus est. Provinciæ autem Mediolanensi præfectus est Petrus Enriquez Azevedius Fontius Comes (1) annorum fere septuaginta. Qui justitiæ magnam observantiam præseferens, tum provinciæ scelera statim compescere cæpit, tum erga Ecclesiam, et ejus auctoritatem pium animum ostendit, controversiæque omnis sedandæ studium. Ac statim Federicum observare, eique consentire professus, Renatum quoque Borromeum Comitem ejus fratrem, variis et gravibus molestiis ad id tempus a Velasco affectum ad Pontificem pro se venerandum misit. Pontifex autem amantissimis litteris ad eum datis non mediocrem erga eum amorem ostendit: ac etiam permisit ut sedem intra cancellos Ecclesiæ Cathedralis Mediolani ea ratione, dum divina celebrarentur, ipse quidem haberet qua Sixtus Duci Terrænovæ permiserat. Statimque agi rursus cæpit de controversiis componendis. Qua de

(1) Successore al Velasco venne per Governatore D. Pietro Enriquez de Azevedo conte di Fuentes nell'anno 1601; nell'età di anni 70 circa lodato non poco dagli scrittori contemporanei, e memorato dall'illustre nostro Manzoni nel romanzo storico = *I Promessi Sposi.* =

re Rovida et Polus Hispanus Senatores, ac Federicus Quintius advocatus Fiscalis Romam paulo ante Quadragesimæ initium anni 1601 venire. Clemens Platum et Zachiam seu Sancti Marcelli Cardinales elegit, quibuscum ii de negotio agerent. Federicus autem archiepiscopus rem totam Pontifici ipsi permittere professus est. Eramus et ipsi in urbe Jubilæi causa, et ob visitanda Apostolorum limina superiore autumno profecti: et pro causa Ecclesiæ laboravimus (1), ut potuimus, ac paulo post redimus ad gregem. Aliquot mensibus re ibi agitata; infesta tamen redierunt Regii ministri, ea præcipue ut visum est de causa, quod ministri ipsi omnem pene exequendi in res ac personas laicorum libertatem, quam Ecclesiæ vel Tridentinum decretum aperte diudicaverat, adimere velle videbantur. Cujus rei culpa in Senatum Mediolani præcipue collata est. Qui a controversiæ initio duriores semper Ecclesiæ conditiones visus est offerre: Petro Gubernatore assidue, quoad homo bellator, et litterarum ignarus (2) poterat, incumbente ut omnia componerentur; Velasco autem in Hispaniis in voluntate sua conatuque, ut ferebatur, perseverante. Federicus Ecclesiæ Mediolanensis malis, quæ per

(1) Per motivo del giubileo trovavasi il Bescapè in Roma dove ebbe, com' egli qui dice, a travagliar molto per la concordia.

(2) Veniamo qui a sapere che il conte di Fuentes era veramente amico della guerra contro la Francia (Enrico IV) come lo dipinge il Manzoni; ma di lettere affatto ignaro.

hæc tempora provenerant, permotus, spe quoque ut ferebatur, nonnulla allata de futura brevi concordia sustentatus, Roma discessit mense Junio, ut aquarum Lucensium medicamentis usus Mediolanum veniret (1). Jamdiu enim inflammatione quadam laborabat, quæ maxillam corruperat. Ibi in loco cui nomen S. Cassiani gravi morbo oppressus adeo laboravit, ut pene disperata salute, cursu Romam missus est, qui benedictionem a Pontifice impetraret. Imminente morte imaginem Caroli patruelis sibi afferri jussit, in qua cum diu, pieque admodum, ut tali tempore fit, de Ecclesia Mediolanensi, deque sua voluntate, ac eventibus,

(1) « Attraversandosi continuamente nei suddetti trattati di concordia nuove difficoltà, per le quali conveniva mandar tratto tratto da Roma a Milano, e da Milano a Roma varie informazioni, e scritture per le quali aspettavano pur anche i Regii ministri dalla corte di Spagna la risoluzione prima che da loro alcuna cosa si conchiudesse, andavano le cose così in longo, che Federico spinto dall'amore del suo gregge, dal quale tanto tempo con tanto suo disastro, e passione d'animo stato era lontano . . . verso la fine di giugno si partì da Roma ». *Rivola p.* 221.

Il cardinale Federico stette a Roma dal 1596 sino al 1601, ma non si potè far nulla, e la concordia venne protratta sino al 1615. « Dopo il corso di diecinove anni e mezzo adunque ne' quali con infinite difficoltà danni e pericoli sostenne Federico a gloria di Dio, ed a pro della sua chiesa ed in Milano ed in Roma la dispendiosa lite dell' Ecclesiastica giurisdizione, trovatasi ascendere alla somma di centocinque mila scudi ai 2 di giugno 1615 fu finalmente conchiusa e stabilita ». *Rivola p.* 445. Non sarà fuori del caso se, vista quella somma enorme spesa da una sola parte litigante, possasi dubitare che vi fossero delle persone incaricate di prolungare la questione: *nil sub sole novum.*

tum de salute allocutus, statim melius se se habere visus est. Convaluit, et Mediolanum venit initio Decembris improviso ita, ut nemo obviam prodire posset. Post autem Natalitia festa, et amantissimas Gubernatoris salutationes, se se Aronam contulit, ut valetudinem confirmaret, relicto Mediolani Vicario, qui controversias pubblicas et laicorum usurpationes dissimularet, Antonio Albergato Bononiensi. Interim quas Senatus conditiones antea respuerat, demum probasse accepi, idque a Rovida qui tum id curare videbatur pene solus. Missæ tamen conditiones in Hispanias, uti relatum est, et Romam ut probarentur.

Hoc vero tempore Dominus Caroli sanctitatem omnibus probatam prædicatamque miraculis comprobare magisque ac magis illustrare voluit. Quod quidem in tempore a Deo datum piis omnibus visum est: ut quivis intelligeret Caroli conatus in tuendo Ecclesiæ iure, qui quidem fuere singulares, Deo probari. Ex quo illud necessario sequebatur restituenda Ecclesiæ quæ ablata erant. Mense Martio hujus anni MDCI cæpere quidam cereos accensos ad ejus sepulchrum afferre, quod tamen etiam paulo post ejus mortem quidam fecerant, paulatimque Clero connivente, ac pene abnuente frequentiores effecti, ita ut post aliquot menses quandoque cerei ad quinquaginta collucerent, orantiumque numerus perpetuo non parvus assisteret, qui etiam pecuniam, aliaque continua pietatis

exercitatione offerebant. Ac per idem quoque tempus Clerici Ecclesiæ S. Sepulchri, Carolo, ac Archiepiscopo præcipue addicti, miracula nonnulla, quæ per eum tum viventem, tum mortuum evenisse ferebatur, in acta publica redigere curabant; quorum nos quoque in libris quos de ejus rebus scripsimus, aliqua retulimus. Quæ dum agerentur, is in Carolum pietatis ardor divinitus excitatus est, ut nova miracula plurima extiterint, quibus sanitas in morbis etiam disperatis concederetur. Quæ idoneis testimoniis probata, actis publicis continentur. Quæ res Clementi summo Pontifici relata fecit, ut appropinquante ejus mortis anniversario die, loco stati funebris officii, jussu Pontificis Missa læto festoque apparatu rituque celebraretur, diei tamen accommodata, quæ fuit dominica post mortuorum celebritatem Prid. Non. Novemb. quo die Beatus publice appellari Carolus inciperet. Tum cancelli circa sepulchrum constituerentur; cui sepulchro honoris gratia se se transeuntes inclinarent. Affuimus Episcopi tres magna populi multitudo, senatus, aliique Magistratus, quibus erat in promptu cogitare num ea quæ in Ecclesiam fiebant, ei celebritati convenirent. Sermo etiam de Caroli laudibus, eodem jussu, a Canonico Ecclesiæ majoris habitus in quo beatus sæpius dictus est. Umbella etiam aurea supra sepulchrum appensa. Advenit autem post hæc Federicus, consulto his uti consanguineus abstinens, aliisque permittens, ut nihil omnino cuiquam

affectatum videri posset. Jam permulti ex longinquis etiam partibus vota persolventes, beneficiaque per eum divinitus accepta prædicantes, tabellas et argentea sanitatum aliorumque adjumentorum monimenta, tum etiam pecuniam, aliaque ad sepulchrum afferebant, gratiasque pie agebant. Quarum rerum magna sane extitit omnium piorum lætitia gratulatioque. Lætati sumus evenisse quod sperabamus quando in ædibus S. Barnabæ Mediolani fictili optimi Antistitis effigie honorifico loco posita, hinc inde Angelos pingi curavimus. Alterum qui diadema Sanctorum virorum insigne pararet, alterum vero qui palmam, martirii enim laus etiam tribui posse videtur qui tantopere corpus suum fame, siti, laboribus, frigoris et caloris cruciamentis afflixit, ac justitiæ causa percussus est, licet mirabiliter servatus; et qui pestilentiæ temporibus vitam pro ovibus exposuit. Velascus cum alioquin res suas in Hispania prospere curaret, non mediocri affectus est calamitate; cum Hari Comes, unicus ei filius (is qui Mediolani ab insano percussus fuerat) in paralysim inciderit, et nepos itidem unicus ex ipso filio mortem obierit: mox etiam uxor insana facta sit, ut nulla spes prolis maneret, quæ ei in honoribus et dominiis succederet: imo videret ea omnia in homines ei invisos perventura. Quos casus tamen an peccatis suis, præsertim in Ecclesiam commissis, jam tandem tribuere didicerit, dominique misericordiam ad pœnitentiam vocantem agno-

verit, qui semper ab ea cogitatione se tam alienum præbuit, ignoramus. Civitas Mediolanensis, exeunte hoc anno MDCIII, tres legatos decrevit Romam ut a Pontifice postularent B. Carolum in sanctorum numerum referri: totidem Clerus Mediolanensis Civitatis legatos, non mediocri honore accepit Pontifex Clemens. In Concistorio semipublico, ut ajunt, audivit pro eis loquentem Bernardinum Scotum Advocatum Concistorialem. Decreto erga Beatum Virum valde honorifico negotium Congregationi Cardinalium, quæ sacris ritibus præfecta est, commisit. Tunc de civitate Mediolanensi fuit, qui hos versus protulit, conferens hanc legationem cum ea quam, vivente Carolo, itidem Romam contra eum decreverat:

» Miserat urbs Romam poscens Caroli acta refigi,
» Nunc mittens superum poscit honore coli.
» Quod fecit quondam per vim sic indicat actum
» Vel si quid sine vi relligiosa lui.

De eo autem, quod Civitas cum rege et Magistratibus peteret, Carolum in Sanctorum numerum referri, cum ejus tamen illustria acta pro jure Ecclesiastico, ejusque minime dubiam sententiam Magistratus sequi nollent, ita quidem cecinit:

» Si Sanctus Carolus statuit quod jure rogatis
» Sancta illum tantum quis voluisse neget?
» Non dubie voluit sacra quæ vos jura negatis
» Aut cultum abnuite; aut cedite quæ voluit.

Ipse etiam Pontifex Clemens in eandem sententiam

graviter egit, cum legatis et in literis quas respondens civitati dedit; quamquam civitas, si Magistratus excludas, se se ea de re excusabat, quod ea causa ad suam non pertineret auctoritatem. An vero intellectum est postea honori ejusmodi Caroli decernendo quosdam obsistere conatos esse, ob hanc ipsam causam, ne quoddam id esset præjudicium jurisdictionis sibi contra ecclesiam asserendæ. Atque interim de hujusmodi causa nihil decernebatur. Tandem in Hispania dicebatur consultari Federicus Archiepiscopus negotium Pontifici delatum, et ab eo susceptum permittebat: Ecclesiam ut poterat, administrabat: concionibus, quibus non mediocriter aptus erat, juvabat populum: Bibliothecæ pubblicæ ac insigni in ædibus S. Sepulchri constituendæ, diligenter magnoque sumptu studebat. Episcopi item quæ poterant in administranda Ecclesia per se quisque sua agebant. Nam nullum habitum eorum consilium, quidam et ex eis non magnopere curare videbantur quid Ecclesiæ juris ereptum esset; et a Federico erant alienores. Senatus vero et Magistratus quæ vi et metu adepta erant, egregie conservare, Ecclesiæque auctoritatem quibus rebus usus veniret, urgere, ac circumvenire: ita ut nihil exequi penitus in laicos permitteretur, timentibus semper laicis Notariis, causidicis, executoribus, aliisque ejusmodi causarum ministris, ne violatæ Regiæ potestatis rei deferrentur ab adversariis, aut ma-

levolis, qui eam rem studiose observabant, et passim ultionis causa utebantur.

Aliud per id tempus contra immunitatem sacram novatum est. Constitutio est Mediolanensis Provinciæ, ne absque facultate Senatus alienentur bona iis, qui dominio ipsi subditi non sunt: pænaque Notariis proposita, qui ejusmodi instrumenta confecerint. Alia item ut cum bona alienantur, onus suum secum trahant. Has constitutiones etiam de bonis intelligi quidam voluerunt quæ ad personas locaque sacra transirent, ut ea adepturi a Senatu facultatem peterent, quæ non daretur nisi onera subire dato fidejussore promitterent, quibus ea erant obnoxia. Sed cum ita aperte declarare decernereve Senatus non vellet quod contra libertatem Ecclesiæ videretur, instituit litteras dare ad Prætores, ut eas constitutiones observari edicto juberent: quod verbo deinde, et privatis sermonibus personarum, locorumque sacrorum, causa fieri dictitarent: ita ut Notarii metu pœne deterriti, instrumenta hujusmodi recipere non auderent. At si qui talem facultatem petebant, ab iis etiam ministri Senatus certum vectigal petebant. Ejusmodi litteras impetrarunt procuratores civitatum et comitatuum eo nomine, quod tributis et oneribus maxime gravati, vix jam sustinerent: cumque Ecclesia, locaque pia acquirerent in dies bona, fiscusque recusaret ea immunia reddere cum diminutione redituum suorum, onera quæ ad ea pertinebant, in

communitates distribui necesse erat, quæ ex ea re magis in dies gravabantur. Ita factum est ut jam nulla Ecclesia, locusve pius bona acquireret, cum nollet contra solitam et antiquam immunitatem suam, aut facultatem petere, aut onera subire. Ita oblique Ecclesiæ erepta libertas acquirendi et immunitas bonorum Ecclesiasticorum, sacrorumque quæ in posterum acquirerentur, violata. Quamvis adeptionem tamen impedire nolle significarent ex ultimis voluntatibus. Monuimus qui hæc facerent et ex Senatu licet tum quidem frustra. In his autem Ecclesiasticæ libertatis oppressæ tenebris circiter initium Febr. MDCV lux quædam modica se se ostendit. Fuere enim ex Senatu, qui Notariis Tribunalis Archiepiscopalis privatim confirmarent posse eos causas agere coram judice Ecclesiastico, sicuti antea solebant, modo abstinerent ab actibus quibusdam singularibus atque ita etiam cæptum est. Sed palam vel aperte id negabatur. Nimirum visi sunt nolle approbare consuetudinem veterem Ecclesiæ ab ipsis oppugnatam, neque anteacta sua damnare, et metu continere ecclesiasticos, ne sibi libere sumerent, quod ipsi nollent. Ecce autem Clemens Pontifex appoplexia occupatus, cum paucos dies moribundus jacuisset, decessit initio Martii mensis, et Federicus Archiepiscopus ad comitia Pontificalia cum ab aliis Cardinalibus habenda properavit. Die autem prima Aprilis, quæ fuit feria sexta ante Dominicam Palmarum, creatus est Leo XI qui erat

Alexander Mediceus Cardinalis Florentinus. Qui obiit die XXVII ejusdem mensis. Cui substitutus die XVI Maii Camillus Borghesius Romanus ætatis annorum LII et nominatus Paulus V.

Hoc anno MDCV munitio urbis Novariæ, magna Petri Azevedi Gubernatoris voluntate, cæpta est. Qui biennio ante eandem urbem a Rainucio Duce Parmensis recuperaverat; quæ Carolo V Imperatore in feudum concessa erat cum Marchionatus dignitate Petro Aloysio Farnesio ejus proavo anno MDXXXVIII cum pacto redhimendi.

Paulus cum nuncium ad Catholicam Majestatem misisset, non multo post quam Pontifex creatus esset, etiam de jurisdictionis Mediolanensis conditionibus constituendis; quæ jam diu circuito quodam Roma Mediolanum, Mediolano in Hispanias et ex Hispaniis Romam rursus ducebantur, mandata dedit.

Mense Augustus Franciscus Cardinalis de Saundis Archiepiscopus Burgalensis Roma rediens, cum Mediolanum ad milliaria duo appropinquasset, pedes ad sepulchrum B. Caroli recta venit: ubi orans, lapidemque deosculans diu mansit, antequam ad hospitium Archiepiscopale diverteret. Occasionem id agendi Francisco casus dedit. Nam cum ignis, ex rotæ ferro, incitato curru excussus esset, ligneas quasdam partes ita incendit, ut progredi non liceret (1). Sed ante Franciscus aliquid itineris pedibus

(1) Non è nuovo il caso che lo sfregamento dei ferri nelle carrozze apporti l' incendio delle medesime.

agere statuerat Mediolanum accedens ad sepulchri illius venerationem. Et cum expectare rogaretur, dum alius currus Mediolano adduceretur, eo enim familiaris Federici Cardinalis, qui eum comitabatur statim miserat, non consensit, seque uti ea occasione duxit ad perficiendum quod proposuerat.

Cum de Carolo in Sanctorum numerum referendo Romæ ageretur, delecti sunt, auctoritate Pontificia, duo Episcopi non ex Provincia sed Provinciæ Mediolani vicini, Philippus Archintus Comensis, et Claudius Rangonus Placentinus, qui rursus testimonia rite acciperent de vita Caroli sancte ducta, deque miraculis per eum Dei benignitate editis : quod illi pluribus mensibus Mediolani, et in aliis urbibus, pro ut opus fuit, fecere sumptu Fabricæ Ecclesiæ majoris eis ad victum suppeditato. Nam oblationes quæ ad Caroli sepulchrum præbebantur, quas diximus magnas his annis fuisse, Fabricæ addictæ sunt. Articuli tamen Romæ compositi, ad testium interrogationes adhibendi, licet e libro nostro de ejus vita sumpti, nihil de Caroli gestis ad juris Ecclesiastici defensionem continebant. Quo nomine tam insignia gesta omissa sint, quave de causa, facile alii intelligent (1).

(1) Il prudente nostro scrittore tace i motivi pei quali negli atti della canonizzazione di S. Carlo furono omesse le vicende che toccavano le controversie di quel Cardinale col Governatore Alburquerco intorno alla giurisdizione dei due fori, essendo le cose d' allora identiche a quelle del Governatore Velasco nel cui tempo scriveva il Bescapè.

Celebritas anniversario Caroli obitus die instituta etiam hoc anno MDCV insignis fuit. Populus sicuti anno superiore diem festum sponte et perfecte coluit. Processiones civium, luminaria, apparatus compitorum mirificus, quantum fieri potuit per tempus pluvium. Episcopi memorati abstinuere celebritate, ne dum testimonia sanctitatis recipiebant quasi prævenientis judicium Apostolicum sanctitatis publicum viderentur edere testimonium. Rursus Caroli laudatio publice habita, ita ut volumen jam paretur et quidem insigne orationum hujusmodi.

Per idem tempus Alexander Rovida Senator Regentis, ut appellant, status Mediolani munus adeptus, in Hispanias profectus est, magna spe atque expectatione, ut apud Regem ejusve ministrum præcipuum, qui dux erat Lermæ plurimum posset et aliis gravissimis negotiis præter memoratum munus præficeretur. Sperabat id maxime Rovida officio Velasci, qui ibi Præses erat Italici Consilii; cui Mediolani in Ecclesiastico jure oppugnando assidue enixeque inservierat. Quem etiam comitatus erat, dum ad Regem Angliæ superiore anno, amicitiæ gratia inter ipsum Regem, et Catholicum conciliandæ proficisceretur: ex quibus obsequiis Rovida omnia sibi a Velasco pollicebatur. Sed contra evenit. Nam primo ejus libri plurimi, magnique prætii una cum ejus scriptis, in quibus multa contra Ecclesiæ jura fuisse credibile est, cum in portum, seu litus Hispaniæ, puto Valentinum, una

cum reliqua ejus supellectili mari advecta essent, subito quodam incendio conflagrarunt. Deinde cum ad Regiam Curiam venisset, mire ipse contemptus est verbis et factis, tum ab Regiæ administrationis Duce præcipuo, quod homini indigno Mediolanensi munus quoddam non modici momenti mandari curaret; tum ab ipso Velasco contra eum irato, ut ferebatur, quod in legatione Anglica, et in profectione illa in Hispanias nimium sibi arrogare visus esset. Is vero qui summa gratia apud Regis ministros, Regemque se futurum omnino speraverat, despectum adeo desertumque considerans, præsertim coram eis, qui eum magna ab eo expectantes comitati erant, dolore correptus repenteque viribus destitutus (sicuti homines laici inde redeuntes nobis narrarunt) biduo mortuus est. Utrum vero ea pœna fuerit Ecclesiæ oppugnatæ, ut divino judicio inde maximum damnum mortemque acceperit, unde summa præmia actionum suarum expectabat, Deus scit. Fuit is certe habitus ut homo doctus, acris ingenii, licet parvi admodum corporis, acerrimus Ecclesiæ adversarius, licet sæpe nobiscum, et cum Federico Cardinali, aliis agens contra profiteretur. Quod vanitati simulationique tributum est. Non multo ante Simon Bossius Præses Regii Magistratus ordinarii diem suum obierat; homo item jurisprudentia, ingenioque præstans, eo morbo, ex quo ei pes, crusque secatum est, et vita tandem erepta. Visus id christiane, magnaque patientia ferre.

Cum autem Federicus Archiepiscopus eum de jure Ecclesiastico testari, seu recantare vellet, cujus item is fuerat ex præcipuis adversariis, antequam petitam ab eo benedictionem indulgentiamque ex privilegio Episcoporum provinciæ Mediolanensis impertiretur, recusavit ille, quasi nihil contra conscientiam in eo genere sibi fecisse videretur, atque ita beneficio illo Archiepiscopi caruit.

Hi duo adjutores Velasci fuisse dicuntur in eo libro, seu apologia componenda, de quo superius mentio facta est.

Anno MDCVI, cum jam memorata testimonia recepissent Episcopi, nocte post diem VI Martii apertum est sepulchrum B. Caroli, quod etiam Romæ mandatum erat. Affuit Federicus Cardinalis: affuimus et nos (1). Invenimus corpus, imo et ipsam capsam plumbeam, in qua inclusum erat, ita humore pluribus locis corruptam, ut miraremur plerisque partibus corporis pellem et quod fuerat carnis ossibus adhuc hærere. Tota fere nocte ibi vigilatum, tum aditu a confessione Ecclesiæ ad sepulchrum rupto pariete aperiendo, cum capsa patefacienda, tum corpore integre inspiciendo. Ut loco subterraneo et augusto sex vix consistere possemus, luminaque accensa loco adeo coangustato habere jugiter non possemus. Ex tabulis quæ arcam plumbeam continebant, una ablata est et foras

(1) « Convennero in quel punto nel Duomo insieme con lui (Federico) i mentovati vescovi delegati, coll' intervento anche del vescovo di Novara Carlo Bascape ». *Rivola p.* 304.

ejecta; item contabulatio quædam quæ superioris plumbi laminas continebat, itidem foras exportata in frustula ab iis qui foris devote et cupide expectabant, an quicquam rapere aut corpus videre possent, concisa, erepta sic, ut pro sacris reliquiis frustula retinerent. Postera die, ne corpus patefactum in horas majus acciperet detrimentum, in sacrarium Ecclesiæ translatum est, populo ad hostium sacrarii ut ante ad sepulchrum confluente. Mox madidis illis vestimentis ablatis, et pro reliquiis sacris distributis, corpori nova indumenta sacerdotalia inducta sunt; quod quidem singulis partibus se se invicem continentibus integrum mansit. Agata Sfondrata (1) Gregorii XIV fratris filia in Monasterio S. Pauli Mediolani, religionem professa nobis cor aureum ex singulari ejus erga Carolum pietate dedit; ut quod fecimus, ad ejus pedes collocaremus. Actâ Mediolani, ad Caroli sanctitatem comprobandam, Romam missa Rotæ Jurisconsultis ibi examinanda tradita sunt.

Veneti hoc anno, quod antea quoque cæperant leges quasdam contra Ecclesiæ libertatem promulgaverunt, et exequi conati sunt. Paulus Quintus Summus Pontifex eis jussit, ut abrogarent pœnis

(1) Era questa nel monastero delle Angeliche di S. Paolo in Milano, ed abbiamo da lei una tenerissima lettera scritta alle sue sorelle nel monastero in Cremona, nella quale deplora amaramente la morte di S. Carlo. *Una parte di questa lettera fu pubblicata dall' Oltrocchi nelle note alla vita di quell' Arcivescovo, pag.* 771.

et censuris irrogatis. Qui cum recusaverint, plurima turbata sunt, armaque tum ab ipsis Venetis, tum a pontifice et a Gubernatore Mediolani Regis Catholici nomine parata, donec anno sequenti res ita composita est opera Francisci Cardinalis de Giojosa Galli, ut leges antiquæ cessarent. Turbatio ea præcipua fuit, quod regulares quidam, et clerici Venetiis morantes multa scripserunt atque ediderunt contra auctoritatem Summi Pontificis, et Ecclesiæ dogmata, Marsilii de Paula, aliorumque hæreticorum errata renovantes. Atque omnino mirum visum est piis omnibus, Venetos sive id curasse, sive passos fuisse. Nec minus mirum, eosdem coegisse clerum totius dominii minis gravissimis, carceribusque adhibitis, divina officia celebrare contra sententiam Pontificis, qua loca omnia dominii Veneti Ecclesiastico interdicto subjecerat, eosdemque religiosi nominis viros libris editis contendisse, non esse Pontifici parendum. Id etiam pii valde mirati sunt, graviterque doluerunt, nullum fuisse Episcopum ipsius ditionis, qui ejusmodi violentiæ resisteret, paucos clericos, paucissimos regulares, licet observantiores id tamen fecerint, ut dominii illius loca desererent. Quod horum temporum infelicitati, ac miseriæ non levis loco ducendum est. Agnovimus multorum sacrorum virorum perfidiam, plurimorum ignaviam, et in veritate Catholica tuenda timiditatem. Sed multorum quoque doctorum, piorumque religionem et doctrinam,

qui libris multis editis, Catholicam doctrinam confirmarunt, atque illustrarunt. Ex quibus tota res haberi potest.

Hoc ipso anno urbs Novaria, quæ antiquo muro cincta est aggeribus cespititiis munita fuit, ex media fere parte, portaque Nova, quæ Vercellas spectat, ædificata, apposita inscriptione Comitis. Nam ante annos tres idem Comes Gubernator, numeratis Rainutio Farnesio aureorum nummorum ducentis millibus et viginti quinque eam ab ejus feudali dominio exemerat. Idque ex pacto inter Carolum Quinctum Imperatorem et Petrum Aloysium Farnesium inito anno 1538 cum ab Imperatore ipso. Civitas ei data est cum Marchionis dignitate. Statimque ut possessionem Comes cepit Regis nomine eam munire instituit, occupatis prædiis multis tum laicorum, tum etiam Ecclesiarum, et locorum piorum, pro quibus tamen solutio promissa est.

Die XXI Augusti hujus anni MDCVII, mortuus est Cæsar Specianus Episcopus Cremonensis, qui olim Novariensis fuerat. Et Episcopatus mandatus est Paulo Sfondrato Cardinali S. Ceciliæ olim nepoti Gregorii XIV a Paulo Quincto Pontifice, qui sponte, imo et recusante Sfondrato, id decrevit.

Ab anno 1582 Concilium provinciale Mediolanense celebratum non fuit. Per hos autem annos actum fuit cum Federico Archiepiscopo, ut illud celebraret, ob id saltem, ut Episcopi congregati de postulanda B. Caroli canonizzatione concilii

nomine decerneretur. Nam id omnino decere, et oportere videbatur. Cumque Regis Catholici, et aliorum Regum ac principum et civitatis et cleri Mediolanensis nomine id postulatum esset, id etiam Episcoporum provinciæ nomine non fieri indignum videbatur, ratio autem apta iniri non poterat, qua id fieret, nisi Episcopi in Concilium coirent. Federicus recusabat convocare eo nomine, quod consanguineo id videretur tribuere. Tandem adductus est litteris omnium Episcoporum ad eum datis; et Episcopos convocavit ad diem XIV Maii anni MDCIX. Ivimus, licet diuturno morbo afflicti, qui nos a fine anni antecedentis quatuor mensibus cum periculo mortis male habuit, imo bene, cum Dei munus agnosco (1). Convenimus Episcopi quindecim, quorum Paulus Camillus Cremonensis est S. R. C. Cardinalis. Et hospitio a Federico Cardinale suscepti sumus; et plerique cum suis familiis in Archiepiscopalibus, Canonicorumque ædibus: licet quidam in suorum domibus, quos Mediolani habebant, fere morati sunt; et Cardinalis S. Ceciliæ omnibus fere consilii diebus ex febri jacuit. Episcopi in domicilio suo et in Congregationibus, dumque ad eas a suo domicilio venirent, lintea veste aperta cum superhumerali, Mozzetta appellato, usi sunt, et in Ecclesiæ congregationibus, processionibusque mythra ex serico panno damasco, ita assentiente, et

(1) Il nostro Bescapè indica l'anno 1609 come quello in cui incominciò ad ammalarsi gravemente.

volente Federico. Die XIII Maii cum habita esset congregatio in aula Archiepiscopali, et actum de ordine Synodi omnes post illam ad sepulchrum B. Caroli cum Federico Cardinali venerunt. Cum initio constitutum habere diceret Federicus nova decreta non facienda, sed executionem eorum quæ tempore B. Caroli condita erant, tantummodo curandam, et graviter Episcopis proponendam; tamen nova ipse non pauca proposuit, tum aliqua etiam Episcopi qui singuli Ecclesiarum suarum difficultates exposuerunt, ac remedia postularunt. Illud autem incommode accidit, quod quæ decernenda videbantur, prius in consultatione Theologorum ac Jurisperitorum non sunt vocata, neque Episcopis, ut considerari possent ante tradita, quam in Concilio proponerentur. In die sancto Ascensionis Domini Federicus cum Episcopis translationem corporis S. Calimeri, et corporum Ecclesiæ S. Stephani, et aliarum reliquiarum celebravit sane splendide, et concilium dimissum est. Decretum inter alia factum est de canonizzatione B. Caroli a Sanctissimo Domino per duos Episcopos postulanda. Electi sumus Tullius Epicopus Casalensis et ego ad hujusmodi legationem proximo autumno suscipiendam. Cum ea de re egissem, decretum est de jactura Jurisdictionis Ecclesiasticæ Summo Pontifici referendum, et ad Regem scribendum Romæ cum exposuissem Pontifici una cum Episcopo Casalensi postulatum Concilii, benigne accepti, responsum

accepimus cum optimæ voluntatis, ac pietatis erga B. Carolum significatione. Cognitio ad Carolum in Sanctorum numerum referendum necessaria ex actis, quæ Mediolano allata erant, quæ tam in Tribunali Auditorum Pontificiorum perficiebatur; mox quoque in Congregatione Cardinalium, quæ rituum dicitur, mense Junio proximo est absoluta: ita ut expectatio canonizzationis, quæ mense majo facienda a plerisque sperabatur, in sequentem Novembrem, diemque Carolo jam vulgo dicatum suspenderetur.

De damnis Ecclesiasticæ Jurisdictionis cum egissem, persuasi tandem Pontifici, ut ad Regem sua manu, et ad proceres quoque quosdam scriberet de damnis resarcendis, rebusque componendis. Qui et litteras ipsas a me scribi jussit, ed ad eum afferri, ut ab ipso Pontifice excriberetur quæ ad Regem erat; aliæ vero Brevis forma darentur. Franciscum a Castro legatum Regium de Ecclesiastico jure, de causa tota certiorem feci: principem virum in Ecclesiæ jus, et auctoritatem ac negotium juvandum valde propensum cognovi. Cum de negotio ad Federicum scripsissem, de eo ab aliquo Romæ curando, qui responsionem Regiam, totiusque rei exitum ibi expectaret, et conficere studeret, cum mihi ad ecclesiam meam redeundum esse mecum statuissem: satis esse respondit Pontificem scripsisse, uti pollicitus fuerat: nihil præterea mandasse Concilium; mihi licere ad Ecclesiam reverti. Utrum scripserit Pontifex, nescio. Negotium

certe minime deserendum esse censui: licet Pontificis virtuti, ac efficaciæ plerique diffiderent. Instandum, agendum, clamandum, de re componenda tractandum, licet non habeamus, qui pro Ecclesia fortiter pugnet. Antequam res componatur, et statuatur, diligenter videndum, ne Ecclesia sua jura amittat. Nam ad transactionem nemo nos coget. Ita etiam concedente Pontifice, Roma discessi mense Maio. Omnino si libere dicendum est, duos Cardinales in provincia majora non fecisse pro Ecclesiastica Jurisdictione vehementer doleo, præsertim B. Caroli imitatione. Nescio quo Dei judicio jura nostra in pejus ruere videamus, et tacemus.

Eo anno editus est liber in Hispania nomine cujusdam historici, nullo notato loco impressionis, in quo omnia Mediolani de jurisdictione acta sub Federico repetuntur, multa falso omnia adeo calumniose, ut mirum piis omnibus videatur, talem librum ibi editum et permissum esse. Auctor tamen libri fuisse creditur Joannes Velascus, qui alium similem supra memoratum Mediolani malo exemplo ediderat.

Volumen decretorum Concilii non magnum tradidit mihi Romam proficiscenti Federicus. Cujus tamen pars magna commemoratione decretorum veterum, quæ executione magis indigebant [1], con-

(1) Si vede qui ancora, giusta le parole del nostro Vescovo, che la disciplina introdotta da S. Carlo aveva bisogno più di essere praticata, che sanzionata da nuove leggi.

sumebatur. Conscripta erant ab hominibus non satis earum rerum peritis. Federicus an legisset, nescio. Nam alioqui ab ejusmodi studiis, quæ tamen Episcopi sunt, alienus, aliarum literarum studia colit. Plurima certe emendanda erant. Ad eum de re, ut opus erat, scripsi. Nihil impetravi. Quibusdam tantum emendatis, Pontifici tradidi, ut de probatione mandaret, ut solebat, ad congregationem interpretem Concilii Tridentini, quæ in ejusmodi rebus diu sane cunctari solet. Prioribus hujus anni MDCX mensibus impendere visa sunt bella sane gravissima, quæ Dei clementia aversa esse existimata sunt morte Henrici Gallorum Regis. Nam is magnis exercitibus comparatis, quibus Regis Catholici ditiones, et ipsum Mediolanense dominium oppugnaturus dicebatur, consentientibus, juvantibusque, ut suspicio erat, nonnullis Italicis regulis, occisus est ab homine privato mense Majo. Quæ mirabilis Dei clementia piis omnibus visa est. Ea de causa Petrus Mediolani Gubernator magnum quoque exercitum conscripsit, munitionem Novariæ urgere non destitit. Quamquam sero fecisset, si Dominus alia via nobis non consulisset donec mense Julio diem suum obiit. Paulus Cardinalis S. Ceciliæ cum Ecclesiam Cremonensem fortiter et magna pietatis significatione administraret, Ministri Regii quæ pro Ecclesia libere agebat, moleste ferrent, accidit, ut quædam ab Ecclesiæ parietibus amoveri, tamquam indecentia juberet, pœna

excommunicationis imposita. Civitas et ministri Regii restiterunt, ad Pontificemque confugerunt. Qui cum censuræ vim ad tempus suspendisset, adeo commotus est Paulus ut Ecclesiam Pontifici renunciaverit, et pene Pontificem coegerit renunciatione repetita ei consentire: ut jure mireris tali de causa renunciantem, et renunciationem novo exemplo accipientem. Pontifex Ecclesiam contulit Jo: Baptistæ Brivio patritio Mediolanensi in Romana Curia jam Prælati personam sustinenti. Cui ex magnis reditibus mille aurei relicti sunt; duo vero, cum Pamphilius Cardinalis obiisset, cui mille reservati antea fuerant. Nam Pontifex renuncianti Paulo quinque millia etiam donavit. Multa contra Sacrorum ordinum præscripta considerare quis possit? Canonizzatio B. Caroli habita est die prima Novembris hujus anni MDCX in solemnitate omnium sanctorum apparatu post hominum memoriam maximo. Sumptus fuit aureorum circiter quinquaginta millium.

Hoc anno aperuit Federicus insignem Bibliothecam, quam apud Ecclesiam S. Sepulchri paraverat maximo sumptu tum librorum conquirendorum, tum ædificii ad continendos libros, et ad studia colenda. Nam juvenes clericos delegit, quos Doctores appellavit, constituitque, ut variis litteris, aut scientiis libros scriberent, linguasque varias ediscerent. Quibus de rebus in institutione, et decretis Bibliothecæ continetur.

Rediit ad gubernationem provinciæ Mediolanensis Joannes Velascus (1) sub fine anni, cum nova uxore, ex qua duos filios susceperat, et in Hispania reliquerat. Qui milites missos fecit ex Regis mandato. Erant enim in statu Mediolani milites ad triginta fere millia (2), et non multi equites parati contra Ducem Sabaudiæ quia consensisset Regi Galliarum qui magnos exercitus paraverat adversus Regem Hispaniarum præsertim ad occupandum dominium Mediolani. Sed cum Deus (3), Rege Gallo a privato homine occiso, consuluisset Christianis provinciis, etiam huic regioni in eo consuluit, quod venia Duci etiam per Reginam a Rege nostro data, qui excusationis gratia Philibertum secundo genitum filium ad Regem misit, magno et gravissimo sumptu militum alendorum, quo multos menses sunt afflicti, incolæ dominii sublevati sunt. Quæ res etiam Ducis populos graviter oppressit dum ipse milites ad defensionem pareret. Scripsimus ad Velascum, Vicariumque misimus Papiam honoris gratia, maxime cum ægrotaremus. Literæ ut

(1) Morto essendo il conte di Fuentes nel mese di luglio 1610 nelle braccia di Federico, venne di nuovo al suo posto il contestabile di Castiglia Velasco sul finire dello stesso anno. La morte del Fuentes è così annunciata dal Rivola: « Signoreggia la morte in queste spaziose pianure ecc. ». *p.* 409.

(2) Ecco il numero delle truppe che straziavano il Milanese per la disutile politica di Spagna contro Francia: 30 mila pedoni, e non pochi cavalli.

(3) Rincresce che un vescovo quasi dimostrisi contento che Enrico IV sia stato proditoriamente assassinato.

gratæ essent, curavimus; proposuimusque in eis jus Ecclesiasticum restituendum, quam rem dominus illi reservaverat. Ille vero voluptuariis actionibus, ac choreis se se de more dare cæpit: neque quos Dominus alteram uxorem, et filios dedisset, visus est divinum beneficium agnoscere, quemadmodum dum amiserat, non agnovit divinum judicium.

Federicum Roma, quo canonizzationis gratia profectus erat (1), negabant Mediolanum rediturum, cum quo jam offensiones graves acciderant cum Velasco. Sed rediit, et cum Velasco umanissime egit, omniaque amoris, et honoris officia tribuit: illeque contra quasi nihil offensionis ante intercessisset, et Ecclesia jurisdictione sua diminuta non esset. Imo cum cælebritas agenda esset, ad Vexillum imagine Caroli insignitum, et Roma allatum publice proferendum, ut in Hispaniam ad Regem mitteretur, Velascum invitatum in Ecclesia, intra cancellos facile admisit, cujus exclusio antea tot mala narrata attulerat; et domi una cum Cardinale Sfortia in convivio honorifice habuit. Cum vexillo costam Sancti Viri misit, et aliam Paulo Summo Pontifici.

Velascus mense Novembri a voluptatibus in apoplexiam incidit, etiam iterato ex quo memoriam amisit, et factus est delirus. Deinde cum in Hispa-

(1) Federico era partito per Roma onde assistere alla canonizzazione di S. Carlo il giorno 21 settembre 1610.

niam paulo post rediisset, mortuus est. Et mortem seu mortis causam ibi invenit, ubi Ecclesiasticam libertatem oppresserat, et ubi honores multo majores, quam antea, sibi tribui speraverat.

Ante menses igitur quatuor Laurentius Polus, qui ex Senatore et Præside Magistratus Regii Mediolani, Regens regni Neapolitani apud Regem in Hispania erat, equis currum, in quo is erat, excusso auriga raptantibus, et agitantibus cum resilisset, fracto capite, et tibia improvviso mortuus est. Hunc et Rovidam, de quo superius diximus, obstitisse ferunt, ne Ecclesiæ jus restitueretur, cum ministri Regii de eo agerent. Imo etiam contra Ecclesiam Polus quædam scripsit. Addunt tertium Bartholomeum Brugnolum tunc Senatus Præsidem, qui cum in cæna quadam sanus multum bibisset, ea ipsa nocte obiit.

Anno MDCXII ex Hispania missus Joannes Mendocia (1) ad provinciam Mediolanensem administrandam, qui non multo ante Præfecturam militum Novariæ gesserat, quam qui obtinent Campi Magistri appellantur.

Anno MDCXIII cum decessisset Vincentius Dux Mantuæ et Franciscus ejus filius, qui Margaritam filiam Ducis Sabaudiæ duxerat, ex qua Mariam

(1) Colpito d'apoplesia il Velasco, e scemo della memoria fu richiamato a Madrid ove poco dopo morì, e a lui fu sostituito per Governatore a Milano Giovanni Mendozza marchese della Hynojosa creatura dell' onnipotente Ministro di Spagna il duca di Lermos.

tantum filiam susceperat, Ducatus Mantuæ et Marchionatus Montisferrati, qui cum ipso ducatu a Mantuanis Ducibus jamdiu possidebatur, deferri videbatur ad Ferdinandum juvenem memorati Vincentii Filium, qui erat S. R. C. Cardinalis, Dux autem Sabaudiæ Marchionatum ipsum ad se pertinere contendens, nonnulla ejus oppida, exercitu comparato vi cæpit initio æstatis hujus anni. Cumque pergeret alia oppugnare, et capere restitit Gubernator Mediolani exercitu conscripto. Quoniam Rex dicebatur in Italia bellum excitare nolle, et Mantuanos Principes in sua tutela habere. Quamquam causæ afferebantur, ex quibus Rex Mantuanis Principibus, et ipsi Ferdinando infensus putari posse. Ex quo Rex ipse magnam quoque mansuetudinis laudem tulit (1).

FINIS.

(1) Qui termina il MS.

Gaylord Bros. Inc.
Makers
Syracuse, N. Y.
PAT. JAN. 21, 1908

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 060162283